de in fine ſeculi. hebreoꝝ reliquie
ſaluantur. Quia ergo incarnatio
domini. ⁊ ex ſuperiori parte patres
ante legem. patres ī lege. atqꝫ ad
extremū pphetas habuit. ⁊ ex poſ
teriore fideles ex hebreis. fideles
ex gentibꝫ. ac poſtmodū hebreoꝝ
omnes reliquias collegit. oriētal
via tres hinc ⁊ tres in thalamos
habere memoratur. Per hoc quoqꝫ
non incōuenienter accipimus: ſi
tres fidelium eſſe ordines dicimꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Siue namq; in veteri ſiue in nouo
teſtamento alius eſt ordo predicā
tiū: alius continentiū: atq; alius
bonoꝝ coniugū. Vnde ⁊ iſdē pro
pheta in ſuperiori parte tres viros
liberatos vidit noe daniel ⁊ iob:
in qb9 videlicȝ trib9 p̄dicatores
continentes atqȝ cōiugati ſignati
ſunt. Nam noe archam in vndis
rexit: atq; ideo figurā rectoꝝ tenu
it. Daniel ⁊ in aula regia abſtinē
tie deditus fuit: et idcirco vitam
cōtinentiū ſignauit. Iob vero in cō
iugio poſitus ⁊ curā dom9 ſ̄ue ex
ercēs placuit: per quem digne bo
noꝝ coniugū ordo figuratur. Qui
a ergo etiam ante mediatoris ad
uentū ⁊ p̄dicatores ⁊ 9tinentes
ac boni ꝯiugati fuerūt. qui eūdem
ei9 aduentū preſtolarētur ⁊ mag
na hūc ſiti deſiderij videre cuperēt
⁊ poſtmodū predicatores 9tinen
tes ac poſtmodū boni coniugati ſi
cut cernimus exiſtunt. qui redēpto
rem noſtrū non iam deſiderāt incar
nandū. ſed in maieſtatis ſue glori
a contēplandū: orientalis via tres
hinc ⁊ tres inde thalamos habet
iuxta pſalmiſte vocem qui de eadē
via videlicet redēptore nr̄o dicit.
In circuitu eius tabernaculū eius
Sed penſandū nobis eſt ſollicita
intētione quod dicitur: quia men
ſura vna triū. Cū enim longe ſit
a cōtinentibus et tacentibus excel
lentia p̄dicatoꝝ. ⁊ valde a ꝯiuga
tis diſtet eminentia continentiū:
quid eſt ꝙ vna menſurā dicatur tri
um: Cōiugati quippe ꝙuis ⁊ bene
agant ⁊ omnipotētem deum vide
re deſiderēt. domeſticꝭ tamen curis
occupātur ⁊ neceſſitate cogente in
vtroq; mentē diuidūt: cōtinentes
autē ab hui9 mūdi actione remoti
ſunt. ⁊ voluptatē carnis etiam a
licito reſtrīgunt. nulla ꝯiugꝭ. nulla
filioꝝ cura. nullis noxijs ac diffi
cilib9 rei familiarꝭ cogitatioib9 im
plicāt. p̄dicatores vō nō ſolū ſe a
vicijs coercēt. ſȝ etiā peccare alios
prohibēt. ad fidem ducūt in ſtudi
o bone ꝯuſationis inſtruūt. Quo
mō ergo vna eoꝝ mēſura eſt quo
rū vite qualitas vna non eſt: Sȝ
menſura vna triū eſt: quia et ſi in
eis meritoꝝ magna eſt diuerſitas
tamen diſtantia in fide in qua ten
dūtur non eſt. Nam eadē fides q̄
iſtos ſolidat in maximis: illoꝝ in
firmitatē ꝯtinet in paruis. Vl' cer
te triū vna menſura eſt. quia in re
tributione vltima ꝙuis eadē dig
nitas omnib9 non ſit. vna tamen
erit oībus vita beatitudinis. Vn
de ⁊ per ſemetipſū dominus dicit.
In domo patrꝭ mei māſiones mul
te ſunt. Sed tamen qui in vinea
ducti ſunt ꝙuis diuerſis horis ve
nerūt: vnum denariū perceperunt.
Qua itaq; ratione ꝯueniūt man
ſiones multe cū vno denario: niſi
quia diuerſe quidē btōꝝ ciuiū dig
nitates erūt. ſed tamen vna qui
es eterne retributionis: Nam et
ſi diſpar erit meritū ſinguloꝝ nō
erit diuſitas gaudioꝝ: quia et ſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alt͛ min9 ⁊ atq; alius ap̄lius exul
tat; omnes tamē vnū gaudiū de
ꝯditoris ſui viſione letificat Hoc
quoq; eſt ſiue de veteribus ſeu de
nouis patrib; ſentiendū; q2 orien
talis via cū tres hinc ⁊ tres inde
thalamos habet; mēſura vna triū
eſt; qm̄ ipſa fides atq; ipſum meri
tum tenuit corda p̄cedentiū ⁊ que
repleuit corda ſequentiū ſub teſta
mento nouo poſitoꝝ; ſicut ⁊ per
paulū dicitur. Habentes āt eundē
ſpm̄ fidei; ſicut ſcriptū eſt Credidi
ꝓpter qd̄ locutus ſū Et nos credi
mus; ꝓpter qd̄ ⁊ loq̄mur. Q́uā
les quippe illi patres oīpotētē deū
trinitatē ita eſſe crediderunt; ſicut
eandē trinitatē noui patres aperte
locuti ſunt. Yſayas nāq; audiuit
āgelica agmina in celo clamātia;
ſcūs. ſcūs. ſcūs. dn̄s de9 ſabaoth
Vt enim pſonarū trinitas mōſtra
retur; tercio ſcūs dicit͛ Sz vt vna
eſſe ſubſtantia trinitatꝭ appareat;
non domini ſabaoth. ſed dn̄s eſſe
ꝑhibetur Qd̄ dauid quoq; ſentiēs
ait. Benedicat nos deus de9 noſ
ter. benedicat nos deus Qui cum
tercio dixiſſꝫ de9; vt vnū eſſe hūc
oſtenderet. ſubdidit Et metuant
eū omnes fines terre. Paulus q̄z
loquit͛ dicens Qm̄ ex ipſo. ⁊ per
ipſum. ⁊ in ipſo ſunt oīa Ex ipſo;
videlicz ex patre Per ipſū; ꝑ filiū
In ipſo autem; in ſpiritu ſancto.
Quem ergo ipſum cum tercio dix
iſſet; adiunxit Ipſi gloria in ſecula
ſeculoꝝ amen Qui enim nō dixit
ipſis ſed ipſi; dicēdo ter ipſum diſ
tinxit per pſonas Et ſubiungendo
ipſi gloria; non diuiſit ſubſtantiā.
Quia itaq; vna eſt veterum ac
nouorum patrum fides; recte tha
lamorum de ſcribitur mēſura vna
trium. Quod verbis aliјs repli
catur; cum ſubditur. Et menſura
vna frontium. Ex vtraq; etenim
parte eſt vna menſura frontium;
quia patres noſtri vel prius a ve
teri. vel nunc a nouo teſtamento
venientes ⁊ in vna mediatoris fide
conueniunt. Qui pro eo ꝙ carita
te pleni ſunt. carnem ſuam abſti
nentia edomant. corda audientiū
predicationis lumine illuſtrant;
ſigna faciunt. virtutes operantur
Per hoc ꝙ eorum bona nobis fo
ris innoteſcunt; non immerito hui9
celeſtis edificiј frontes vocantur.
Omne enim quod nunc in aperto
oſtenditur. frons eſt; vt illud ſit
veſtibulum edificiј ⁊ quod nobis
interius reſeruatur Vnde ⁊ ſancte
eccleſie in cantico canticoꝝ dicitur
Sicut cortex mali punica gene tu
e; abſq; occultis tuis Gene quip
pe ſūt eccleſie ſpirituales patres.
qui nunc in ea miraculis choruſ
cant; et velut in eius facie venera
biles apparent. Cū enim videm9
multos mira agere. ventura ꝓphe
tare. mundū perfecte relinquere. ce
leſtib; deſideriјs ardē; ſicut cortex
mali punicā ſancte ecc̄e gene rubet.
Sed quid eſt iſtud omne quod
miramur in illius rei ꝯparatione.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de qua ſcriptum eſt q᷑ oculus non
vidit nec auris audiuit nec in cor
hominis aſcendit q̄ p̄parauit de9
diligentibus ſe. Hū ergo cū mira
retur genas eccleſie. ſubdidit abſ
oculis tuis. Ac ſi aperte diceret.
Ea quidē que in te non latēt mag
na ſunt: ſed illa valde ineffabilia
q̄ latent. Sequitur. Et menſus
eſt latitudinē liminis porte x cubi
torū: ⁊ longitudinē porte xiij cu
bitorum. Multa ſuperi9 de porte ſig
nificatione iam diximus: ſed vnū
tenere aliquid debemus. per quod
poſſit ⁊ cetera lectoris prudētia pe
netrare. Dictū quippe eſt per por
tam ſcripturā ſacrā poſſe figurari.
Sz hec nob mō laborioſe diſcuciē
dū eſt: cur latitudo liminis porte
x cubitis. ⁊ longitudo porte trede
cim menſuratur. Hoc aūt loco lō
gitudo porte altitudo dicitur: ſicut
nos longe ſtature dicimus quem
altum videmus. Nam longitudo
porte dici in trāſuerſū non poteſt:
cui9 latitudo p x cubitos demōſtra
tur. Quid ergo latitudo liminis
porte. niſi lex teſtamēti veteris fuit
⁊ q̄d longitudo porte. niſi grā teſta
menti noui? Quia videlicet ſcrip
tura ſacra dū per teſtamentū vet9
crimina operum cōpeſcuit. dari deci
mas precepit. quaſi per mandata
humilia in liminis latitudine ia
cuit: ſz dū p teſtamentū nouū cogi
tationes prauas coercuit. derelin
qui oīa. ⁊ pro deo vitam corporis
iuſſit cū preſenti ſeculo deſpici: q̄ſi

porta noſtra in longitudinis altitu
dinem ſurrexit. Minora quippe pre
cepta iſrahelitico populo per legē
data ſūt: vnde ⁊ eidē populo moy
ſes in cāpo locut9 ē. Altiora domi
nus ſanctis apoſtolis dedit: vnde
⁊ eoſdē mandata vite in monte do
cuit. Iſte vero redēptor noſter per
euangeliū dicit. nolite putare q̄m
veni ſoluere legem aut prophetas:
non veni ait ſoluere ſed adimplere
Adimplere enim venerat legem
qui legis iuſticie grām addidit: vt
q̄d illa iubebat i minimis ipſe ꝑfici
adiuuaret in ſūmis: ⁊ q̄d illa co
ercebat ab opere. ipſe reſecaret a cor
de. Intellcā ergo lex q̄ in latitudi
ne iacuit: in altitudinem ſurrexit
Ipſa enim dei cognicio q̄ apud illā
in ſpūalib9 patrib9 fuit. nota om
ni populo hebreorum non fuit. nam
omnipotētem deum ſanctam vide
licet trinitatē cū prophete predica
rēt. populus ignorabat: ſolū deca
logū tenebat in lege: fidem trini
tatis neſciebat. Menſuretur ergo
latitudo liminis porte x cubitorū
quia durus ille populus ſubtilita
tem fidei ignorans mandatis ſerui
ebat decalogi. Mēſuretur vō lōgi
tudo porte tredecī cubitis: quia p
teſtamentū nouū in corde fidelis
populi ſuper mandata decalogi q̄
venus cuſtodit. cognitio trinitatis
creuit: ⁊ eo mandata legis perficit
quo trinitatē eſſe omnipotentē do
minū credidit. Ubi et queri racio
nabiliter poteſt. cur iſtā latitudinē

liminis porte quā ſuperius dixerāt
vno calamo menſurari: inferius
ſubiunxit. q decem cubitis menſu
retur. Ac deinde ſubditur: q longi
tudo porte tredecim ſit cubitꝭ men
ſurata. Vnus etenim iam ſicut ſepe
dictum ē: ſex cubitos habet et pal
mum. Decem vͦ cubiti iam men
ſuram ſuam ſup calamum tenent:
tredecim vero amplius q̄ decem.
Quid eſt ergo q prius vno cala
mo porte limen. poſtmodum lati
tudo eius decem cubitis: ad extre
mum quoq; longitudo porte trede
cim menſuratur: niſi q ſancti pa
tres quos per ſacram ſcripturam
ante legem fuiſſe cognoſcimus. v
num quidem omnipotentē deum
ſcām videlicet trinitatē eſſe noue
runt: ſ; eandē trinitatē quā cogno
uerāt: apte minime p̄dicauerūt:
Qui eius iuſſionibus obedientes
et vite mūdiciam cōſeruātes: qua
ſi in ſex cubitꝭ calami habuerunt
pfectionem operis. Et ſepe ange
los videntes: habuerunt palmū
contemplationis. Data autem le
ge. cudis ille hebreorum populus
mandata decalogi ſeruare conat9
eſt: ſed tamen de cognitione ſanc
te trinitatis eruditus non eſt. Et
q̄uis hanc ſpūales patres per
fecte cognouiſſēt: multitudo tamē
ſynagoge. nec inuenire miſterium
trinitatis potuit: nec querē ſciuit
Superueniente autem gratia per
teſtamentum nouū: omnis fidelis
populus vnum deum trinitatem
eſſe cognouit. et virtutem decalo
gi eius agnitione compleuit. Pri
us ergo limen porte mēſuratꝭ cala
mo vno: poſtmodū latitudo e9 cu
bitꝭ decē: atq; ad extremū lōgitu
do porte cubitis tredecē: q2 et ſanc
tꝭ patrib9 an̄ legē actiua et ɔtem
platiua vita nō defuit: ⁊ ſub lege
decalogi popul9 diuine ſubſtantie
miſteriū neſciens in mādatoꝝ la
titudinē ſeruiuit. Et nūc ſub grā.
cuſtoditis verius decalogi precep
tis: omnis qui ad fidem venerit:
ſcē trinitatꝭ ſacramēta cognoſcit.
Qua in re hoc quoq; nobis ſciēdū
eſt: q2 ⁊ p incremēta temporum.
creuit ſcientia ſpūalium patrum.
Plus ergo moyſes q̄ abraham:
plus pphete q̄ moyſes. plus apli
q̄ pphete in omnipotentis dei ſciē
tia eruditi ſt. Fallor ſi hec ipſa ſcrip
tura non loquitꝭ. Pertrāſibunt plu
rimi: et multiplex ſcientia erit. Ꝺ;
hec eadem q̄ de abraham. moyſe.
pphis. ⁊ aplis diximus: ex eiuſdē
ſcripture verbis ſi poſſumus oſten
damus. Quis ei neſciat: q2 abra
ham cū deo locutus eſt: Et tn̄ ad
moyſē dn̄s dicit. Ego ſū de9 abra
ham. de9 yſaac. deus iacob: ⁊ no
men meū adonay n̄ indicaui eis.
Ecce pl9 moyſi q̄ abrahe inotue
rat. q̄ illud de ſe moyſi indicat. q̄d
ſe abrahe n̄ indicaſſe narrabat. Ꝺ;
videam9 ſi pphe pl9 q̄ moyſes di
uinā ſciāz apphendē potuerit. Cer
te pſalmiſta dicit. Q̄uo dilexi legē
tuā dn̄e: tō die meditatio mea eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Atq; ſubiūgit. Super omnes do
centes me intellexi: quia teſtimo
nia tua meditatio mea eſt. Et ite
rū Super ſeniores intellexi. Qui
a ergo legem meditari ſe memo
rat et ſuper omnes docentes ſe ac
ſuper ſeniores intellexiſſe teſtatur
quia diuinā ſcientiam pluſq̄ moy
ſes accepiſſet manifeſtat. Quomo
do aūt oſtenſuri ſumus: quia plus
ſancti apoſtoli edocti ſūt q̄ prophe
te: Certe veritas dicit. Multi re
ges et prophete voluerūt videre q̄
videtis et non viderūt: et audire q̄
auditis et non audierūt. Plus er
go q̄ prophete de diuina ſcientia
nouerāt. quia quod illi ſolo ſpiritu
viderāt ipſi etiam corporaliter vi
debāt. Impleta itaq; eſt ea quam
ſuperius diximus danielis ſentētia:
quia pertrāſibūt plurimi et multi
plex erit ſcientia. Menſura ergo
calami q̄ eſt ſex cubitorū et palmo
ducitur ad cubitos decē: et menſu
ra decem cubitorū ad extremū ſur
gat in tredecī: quia quāto mūdus
ad extremitatē ducitur: tanto no
bis eterne ſcientie aditus largius
aperitur. Sequitur. Et marginē
ante thalamos cubiti vnius. Di
cut ſepe diximus thalami corda e
lcōrū ſunt. omnipotētis dei amore
feruentia. Quid per marginē an
te thalamos niſi fides exprimitur:
Niſi enim prius ipſa teneatur: nul
lo modo ad ſpiritalem amorē per
tingitur. Non enim caritas fidē:
ſed fides caritatē precedit. Nemo
enim poteſt amare quod non credi
derit. Margo itaq; eſt ante thala
mos. fides ante ardorem caritatis
quia ſicut dictū eſt niſi ea q̄ audis
credideris: ad amorem eorū q̄ au
dieris nullatenus inflāmaris. Sz
margo ante thalamos cubiti vni
us eſt: quia tūc fides corda audiē
tiū deo in amore copulat. quando
per errores et ſciſmata diuiſa nō
eſt. ſed in vnitate perdurat: vt vi
delicet margo vnius cubiti audien
tis animū ad thalamū perducat.
quia celeſtis ſponſi ſpeciem quam
hic p̄dicat poſtmodū in celeſtibus
demonſtrat. Vnde et bene ſubdit.
Et cubitus vnus finis vtrūq;. V
trūq; autem dicitur: ac ſi dicatur
vtrorūq;. Per latitudinē quippe
liminis et longitudinem porte. ve
tus ac nouū teſtamentū diximus de
ſignari. Ad extremū vero additur
q̄ cubitus vnus ſit finis vtrorūq;
quia videlicet et teſtamentū vetus
vnū nobis mediatorem dei et ho
minū nūciauit: et teſtamentū no
uū eūdem nobis nūciat in eterna
claritate venturum quē iam pro no
bis cognouimus incarnatū. Cubi
tus ergo vnus finis vtrorūq; ē:
quia et quem lex p̄dixit in carne
apparuit: et ipſe quem nūc teſtamē
tū nouū loquitur in gloria maieſta
tis apparebit: et tunc finis vtrorū
q; erit. cū viſus in diuinitatis ſue
potētia omnia q̄ ſunt p̄dcā cōpleue
rit. Scriptū naq; eſt. Finis legis
criſtus ad iuſticiam omni credenti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Finis vidꝫ licet non qui conſumit:
ſed qui ꝑficit. Tūc etenim legem
perficit: cum ſicut lex p̄dixerat in
carnatus apparuit Sed adhuc de
eius iudicio multa nouū teſtamen
tum loquitur: adhuc multa de reg
no illius narrat: que necdum vi
dem⁹ impleta. Ecce cotidie euan
geliū legitur: ventura vita predi
catur Tunc ergo erit ⁊ noui teſ
tamenti finis: cum ⁊ que de ſe ꝓ
miſit impleuerit. Finietur vero teſ
tamentum nouū: quia perficietur
Nam cum ipſe de quo loquitur vi
ſus fuerit: eiuſdem teſtamenti ver
ba ceſſabunt. Vn̄ ⁊ ſancte eccleſie
veri luminis diem quaſi tempus
vernale p̄ſtolanti: per ſponſi voce̅
dicitur Surge ꝓpera amica mea:
columba mea. formoſa mea. ⁊ ve
ni: iam enim hyemps tranſijt.
ymber abijt ⁊ receſſit: flores appa
ruerūt in terra. Dicit enim ſancta
eccleſia. ſeu vnaqueqꝫ electa ani
ma. celeſti ſponſo eſt amica per a
morem: columba per ſpiritum:
formoſa ꝑ morum pulchritudine̅.
Que cum iam de corruptione car
nis educit. ei procul dubio hyemps
tranſit: quia p̄ſenti vite torpor ab
ſcedit. ymber quoqꝫ abijt ⁊ recedit:
quia cum ad contemplādum in ſu
a ſubſtātia omnipotentem deū educi
tur: iam verborum gutte neceſſari
e non erunt: vt pluuia debeat pre
dicationis infūdi. Nam quod mi
nus audire potuit: amplius vide
bit. Tunc apparent flores in ter
ra: quia cum de eterne beatitudi
nis vita quedam ſuauitatis p̄mor
dia pregustare anima ceperit: qua
ſi iam in floribus odorata erit.
Que poſtq̄ egreſſa fuerit: fructus
virtutum vberius habebit. Vnde
et illic ſubditur. Tempus puta
tionis aduenit. In putatione
quippe. ſarmenta ſterilia reſcidun
tur: vt ea que preualent. vberius
fructum ferant. Noſtre itaqꝫ puta
tionis temp⁹ tunc aduenit. quan
do infructuoſam ac noxiam corrup
tionem carnis deſerimus. vt ad
fructum anime ꝑuenire valeam⁹:
qui fructus nobis erit vberrim⁹.
viſio vnius dei. Cubitus ergo
vnus eſt finis vtriuſqꝫ: quia vnus
eſt ille qui dixit. ſingulariter ſum
ego donec tranſeam Qui ſolus cū
patre ⁊ ſancto ſpiritu preſidet in ce
lo: ſicut paſſer vnicus in edificio.
Quemadmodum impleuit legem
per miſterium incarnationis et ꝑ
fecte humanitatis ſue: ita teſtame̅
ti noui promiſſa impleturus eſt ꝑ
oſtenſam gloriam claritatis ſue.
Hunc vnum nobis cubitum men
ſura quoqꝫ arche locuta ē. Archa
enim que trecentis cubitis fieri in
longitudine iuſſa eſt. ſexaginta ve
ro in latitudine. triginta aūt in al
titudine: in vno eſt cubito conſum
mata. Quid enim ꝑ archam niſi
ſcā eccleſia figuratur: que inferi⁹
ampla eſt. ſuperius āguſta: Que
a trecentis et ſexaginta. ac trigin
ta cubitis. ad vnū cubitū colligitur:

quia ab ea latitudine quam ſanc
ta eccłia in membris ſuis adhuc in
firmantibꝰ habet paulisꝑ āguſta
ta ⁊ in altū proficiens ad vnū ten
dit. Ipſa enim racio exigit vt cre
damus ꝙ in illa arche latitudine
omnes beſtie cuncta quadrupedia
atqꝫ reptilia in inferioribus fuerīt
homo vero atqꝫ volatilia nimirū in
ſuperioribus. Iuxta ſuperiorem et
enim partē feneſtra fuit in latere ∵
de qua coruū vel columbā dimiſit ho
mo: vt ſi diluuij iam tranſiſſet a
qua cognoſceret Et quia archa e
adē in vno cubito fuit conſūmata
homo ⁊ volatilia iuxta cubitū fue
rūt. Hec itaqꝫ per archam vniuer
ſa eccleſia deſignatur ∵ q̄ adhuc in
multis ſuis carnalibꝰ lata eſt: in
paucis ſpūalibus anguſta. Et qꝫ
ad vnū hominē qui eſt ſine pecca
to colligitur: quaſi in vno cubito
conſūmatur. Videmꝰ etenim mł
tos intra eiuſdem ſancte eccleſie ſi
nū in ſuperbiam erigi. in carnis
voluptate diſſolui. in acquirendis
rebus terrenis inhyare imperāte a
uaricia: maria trāſire. deſeruire ira
cundie. iurgijs vacare. proximos
quos preualent ledere ∵ ſed quia
eos adhuc ſancta eccleſia tolerat
vt cōuertat: quaſi in arche latitu
dine deorſū beſtie morantur. Vi
demus alios iam aliena non que
rere. illatam iniuriā equanimiter
portare. rebus ꝓprijs eſſe conten
tos. humiliter viuere. ſed quia iſti
iam pauci ſunt anguſtatur archa

Alios āt conſpicimꝰ etiā poſſeſſa re
linquere. nullū terrenis rebus ſtu
diū dare. inimicos diligere. carnē
a cunctis voluptatibꝰ domare mo
tus omnes ſub rationis iudicio ꝓ
mere per celeſte deſideriū contēpla
tionis ꝑenna ſubleuari. ſed quia ta
les quiqꝫ valde rari ſunt: iam ar
cha iuxta cubitū ducitur. vbi homi
nes ⁊ volatilia ꝯtinentur. Quera
tur tamen ſi quis in eis eſſe vale
at ſine peccato: ⁊ nullus inueniē.
Quis itaqꝫ homo ſine peccato eſt
niſi ille qui in peccatis conceptus
non eſt. ∵ In vno ergo cubito con
ſūmatur archa ∵ quia vnꝰ eſt auc
tor ⁊ redēptor eccłe ſcē ſine peccato
ad quem ⁊ ꝑ quē omnes ꝯficiūt
qui ſe eſſe peccatores nouerūt Di
citur itaqꝫ de limine ⁊ porta ⁊ cu
bitus vnꝰ finis vtrūqꝫ ∵ quia cum
vnꝰ mediator dei et hominū homo
xp̄us iheſꝰ in maieſtate ſua appa
ruerit: omnia vtrıuſ̄ teſtamenti q̄
predcā et promiſſa ſunt cōplebit.
Siuero vtraqꝫ hoc loco marginē
ac thalamos memorat. neqꝫ hoc
ab hac ſentētia abhorret ∵ quia cū
maieſtas redēptoris noſtri nobis
fuerit oſtenſa. finitur fides cū iam
ceperit homo videre quod credidit
⁊ ad finem ſuum peruenīūt thala
mi. quia corda fideliū incōparabili
ter longe ꝙ̄ modo ſunt in amore
illius ꝯficiūtur. Cubitꝰ ergo vnꝰ
finis vtrūqꝫ eſt: quia vnius domi
ni ⁊ ſaluatoris viſio in electis ſu
is fidem finit ⁊ caritatem perficit

Cōſideratō libet: qui nos ſumus.
qui iſta tractam9. Certe ex genti
bus venimus: certe patētres noſtri
lignoꝝ ac lapidū cultores fuerūt
Vnde ergo hoc nobꝭ vt ea q̄ nunc
vſꝫ hebrei neſciūt: ezechielis pro
phete tam ꝓfunda miſteria rime
mur: Agam9 ḡr grās vni: q̄ cunc
ta que de eo in ſacro eloquio ſcrip
ta ſūt. opere impleuit Vt que itel
ligi audita nō poterant: viſa pan
derent Ibiqꝫ incarnatio. ibi paſſi
o. ibi mors. ibi reſurrectio: ibi aſcē
ſio illius continetur Nā quis noſ
trum hec audita crederet: niſi fac
ta cognouiſſet: Dignatū ergo li
brum ſicut in iohannis apocalipſi
legitur. quem aperire et legere ne
mo poterat. leo de tribu iuda appe
ruit: quia ōnia nobꝭ miſteria in ſu
a paſſione ac reſurrectiōe patefecit.
Et ꝑ hoc ꝙ infirmitatꝭ noſtre ma
la ꝑtulit: ſue nobis potētie ⁊ cla
ritatis bona mōſtrauit. Caro enī
factus eſt: vt nos ſpirituales face
ret. Benigne inclinatus eſt: vt le
uaret Exijt: vt introduceret. Viſi
bilis apparuit: vt inuiſibilia mon
ſtraret Flagella pertulit: vt ſana
ret Opprobria et irriſiōes ſuſtinu
it: vt ab opprobrio eterno liberaret
Mortuus eſt. vt viuificaret. Aga
mus ergo grās viuificanti ⁊ mor
tuo: et ideo āplius viuificanti. qꝫ
mortuo Vnde bene ſalutē noſtram
et paſſionē illius. yſayas contēpla
tus ait Vt faciat opus ſuum: ali
enū eſt opus eius Vt operetur op9
ſuū: peregrinū eſt op9 eius ab eo
Opus enī dei eſt. animas quas
creauit colligere: ad eterne luas
gaudia reuocare. Flagellari autē
atqꝫ ſputis liniri: crucifigi. mori.
atqꝫ ſepeliri: non hoc in ſua ſubſtā
tia opus dei eſt: ſꝫ opus hominis
peccatoris: qui hec oīa meruit ꝑ
peccatū: ſꝫ peccata noſtra ipſe ꝑtu
lit in corpore ſuo ſuꝑ lignum. Et
qui in naturā ſua manet ſemꝑ incō
ꝓhenſibilis: in natura noſtra com
ꝓhendi dignatus eſt ac flagellari
Niſi ea q̄ erant infirmitatꝭ noſtre
ſuſciperet: nunq̄ nos ad ſue fortitu
dinis potentiam ſubleuaret. Vt
ergo faciat opus ſuū. alienū op9
eius: et vt operetur opus ſuum:
peregrinū eſt opus eius ab eo: qꝫ
incarnatus de9. vt nos ad ſuam
iuſticiam colligeret: dignatus eſt
pro nobis tanq̄ peccator homo va
pulari. Et alienū opus fecit. vt fa
ceret ꝓpriū: quia ꝑ hꝰ ꝙ infirmās
mala noſtra ſuſtinuit: nos qui cre
atura illius ſum9. ad fortitudinis
ſue glām perduxit: in qua viuit ⁊
regnat cū patre in vnitate ſpirit9
ſancti. per omnia ſecula ſeculoꝝ
Amen Expliciāt omelia quarta

Incipit omelia quinta.

Emoratis ſuꝑnis tha
lamis. ꝓphā ſubiūgit.
quia thalami ſex cubi
toꝝ erant hinc ⁊ inde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qua in re magna nobis queſtio
generatur: cur ſuperiꝰ thalamũ v
no calamo menſuratũ dixit. quem
videlicꝫ calamũ ſex cubitos ⁊ pal
mũ habere perhibuit: atqꝫ inferiꝰ
thalamos ſex ſolũmodo dicat cubi
tis menſurari. Si enim non cala
mo ſed ſex cubitis menſurantur:
palmus deeſt qui ſuperiꝰ in menſu
ra calami dicebatur adeſſe. Sed ſi
thalami ſunt ſenſus atqꝫ cogitati
ones fideliũ in quibus anime con
ditori ſuo in amore iũguntur. ⁊ p
ſex cubitos perfecta opatio. p pal
mũ vero inchoatio cõteplationis
exprimitur: ſancte vniuerſalis ec
cleſie debemꝰ membra conſpicere
⁊ cauꝰ inuenimꝰ quia ſunt in ea
thalami vno calamo ⁊ ſũt alij ſex
tñmodo cubitis menſurati. Nam
fideles quidã in illa omnipotẽtem
deum ita amant. vt ⁊ in opere per
fecti ſint ⁊ in cõteplatione ſuſpen
ſi. Hij profecto calamũ in menſu
ra habẽt quia ⁊ ſex cubitos opera
tionis. ⁊ palmũ contemplationis
poſſident. Quidã vero omnipoten
tem quidẽ deum diligunt ⁊ perfcẽ
in bonis opibus exercentur: ſꝫ ta
men contemplari eiꝰ magnitudi
nẽ ſubtilioꝛ intellcũ neſciũt. Amãt
aũt: ſed inueſtigare gaudia eius
claritatis ignorant. Hij itaqꝫ ſex
cubitos habent ⁊ palmũ non ha
bẽt: quia ei iam per amorem iũcti
ſunt: ſed ex cõteplatione diſiũcti
Qui tamen thalami poſt comme
morationem cubiti vnius hinc ⁊

inde eſſe referuntur: quia videlicꝫ
in amore auctoris ac redemptoris
noſtri fideles anime et ex iudayco
populo ⁊ ex gentilitate ꝯuenerũt
Unde et iſdẽ redemptoꝛ noſter cũ
aſellũ ſedens ihr̃lm̃ tenderet. ſicut
euãgeliſta teſtatur multi veſtimen
ta ſua ſtrauerunt in via: alij aũt
frondes cedebãt de arboribꝰ ⁊ ſter
nebãt in via: ⁊ qui p̄ibant et qui
ſequebantur clamabant dicentes.
Oſanna benedictꝰ qui venit in no
mine domini. Saluatoꝛ eteñ noſ
ter aſellũ ſedens ihr̃lm̃ tendit: qñ
vniuſcuiuſꝫ fidel' animã regens vi;
iumentũ ſuũ ad pacis intime viſio
nem ducit. Iumentũ ſedet cũcam
cũ ſancte ecc̃e vniũſaliter preſidet
eamqꝫ in ſuperne pacis deſideriũ
accendit. Multi aũt veſtimenta ſu
a in via ſternũt: quia corpora ſua
per abſtinentiã edomant: vt ei vi
am ad mentẽ parent vel exempla
bona ſequentibꝰ p̄beant. Alij aũt
ramos vel frondes de arboribꝰ ce
dũt et ſternũt in via: quia in doc
trina veritatis verba atqꝫ ſententi
as patꝝ ex eoꝝ eloquio excerpũt
et hec in via dei ad auditoris ani
mũ venientis humili predicatioẽ
ſubmittũt. Qd indigni quoqꝫ et
nos modo facimꝰ. Nam cũ patrũ
ſentẽtias in ſermoẽ exhoꝛtationis
aſſumimꝰ. frondes de arboribus
cedimꝰ: vt has in via omnipoten
tis domini ſternamꝰ. Sed qui p̄i
bant ⁊ qui ſequebantur clamabãt
oſanna. Preceſſit quippe iudaycus

ꝑplūs ſcīitus ē gentilis. Et quia
oēs electi. ſiue qui in iudea eſſe po
tuerunt. ſiue qui nunc in ecclīa exiſ
tunt: in mediatorē dei ⁊ hominū
crediderūt ⁊ credūt. qui p̄eunt et
qui ſequūt. oſāna clamant. Oſan
na autē latina lingua: ſalua nos
dicitur. Ab ipſo ei ſalutē ⁊ priores
q̄ſierunt. ⁊ p̄ſētes querunt: ⁊ bene
dictū qui venit in noīe domini ꝯfi
tentur. qm̄ vna ſpes vna fides eſt
p̄cedentiū atq; ſequentiū populoꝝ.
Nā ſicut illi expectata paſſione ac
reſurrectione eius ſanati ſunt: ita
nos p̄terita paſſione illi9 ac ꝑma
nenti in ſcl̄i reſurrectione ſaluamur
Quē ei priores noſtri ex iudayco
ꝑplō crediderunt atq; amauerunt
venturū. hunc nos ⁊ veniſſe credi
mus ⁊ amamus. eiuſq; deſiderio
accēdimur: vt eū facie ad faciē con
tēplemur Thalami ergo e9 hinc
et inde ſūt: q2 corda amantiū fidem
q̄ in illo eſt. ⁊ a priori p̄te ſeculi. ⁊
ab vltima ꝯplectuntur Sequitur
Et menſus eſt portā a tecto thala
mi. vſq; ad tectū eius: latitudinē
viginti et q̄nq; cubitoꝝ. Sepe iam
diximus portā fidē. ⁊ p eandē fidē.
ipſum deū ac redemptorē noſtrum
mediatorē dei ⁊ hoīm xp̄m iheſū
poſſe ſignari: q2 p fidem que in eo
eſt. introitus ad fidē patet Sz etiā
ſcripturā ſacram q̄ nobis eandem
ipſā fidem in redēptoris noſtri intel
lectū aperit. non īmerito portā ac
cipimus: q2 ea vt oportet cognita
ad intelligenda viſibilia intram9.

Si igitur hoc in loco vt p̄diximus
porta ſcriptura ſacra accipit: que
rendū eſt quid p tectū thalami. q̄d
p tectum porte ſignet. Sed habet
thalamus tectū: q2 ope̅ta eſt mēs
amantiū. ⁊ adhuc feruor amoris
in occulto ē Habet quoq; ⁊ porta
tectum: q2 ſcriptura ſacra tota qui
dem ꝓpter nos ſcripta eſt. ſed non
tota intelligit a nobis Multa q̄p
pe in illa ita apta ſunt vt paſcant
paruulos. quedā vero obſcurioribus
ſententijs vt exerceant fortes: q̄
tinus cum labore intellecta. plus
grata ſint Nōnulla autē ita in ea
clauſa ſunt: vt dū ea non intelligi
mus. agnoſcētes infirma nr̄e cecī
tatis: ad humilitatē magis q̄ ad
intelligentiā ꝓficiamus Sunt eni
quedā q̄ ita de celeſtibz loquūtur:
vt ſolis illis ſupnis ciuibus in pa
tria ſua ꝑſiſtentibus pateant. nec
dū q; nobis ꝑegrinātibz reſerētur.
Nam ſiquis ad vrbem incognitā
ꝑgens. multa de illa in via audi
at: quedā quidem ex ratione colli
git. quedā vero q2 necdum videt
nullo mō cognoſcit Ipſi vero eius
ciues qui in ea ſūt. ⁊ q̄ de illa tracan
tur vident. ⁊ que de illa dicuntur
intelligunt Nos igitur in via ad
huc ſum9: multa de illa celeſti pa
tria audimus. Alia iam p ſpiritū
et rationē intelligim9: quedā vero
non intellecta veneramur Vnde ⁊
de eodem ſacro eloquio ſcriptum
eſt. Extendens celū ſicut pellem:
qui tegis in aquis ſupiora eius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Celum quippe ſicut pellis extendi tur: quia per ora mortaliū ſcriptu ra ſacra nobis in expoſitionibꝰ ex plicatur. Sed ſunt aque in celo. ſuperiores videlicet multitudines id eſt angeloꝝ agmina. in quibꝰ eiuſdē celi teguntur ſuperiora: qui a ea q̄ in ſacro eloquio altiora et obſcuriora ſunt. angelicis ſolūmo do ſpiritibus patent: ꝛ nobis ad huc incognita perdurāt Habet er go thalamꝰ tectū. qꝛ neſcit adhuc proximus q̄ꝫtum amatur a proxi mo. Porta quoqꝫ id eſt ſacrū elo quiū habet tectū: quia necdū om nia penetrarē intellcū poſſumꝰ que de celeſtibꝰ audimꝰ. Reſtat ergo vt in hijs q̄ intelligimꝰ in profectu cotidie caritatꝭ ambulemus: ꝛ q̄ꝫ uis in nobꝭ proximu nrī nō videāt q̄ꝫtum diligantur a nobis. atqꝫ in ſacro eloquio ea q̄ necdum intelli gimꝰ humilitꝰ veneremur: in hijs tamen ad q̄ intelligendo peruenꝰ mꝰ. dilatari per bonā operatioēm debemꝰ. Vnde ꝛ dicitur Et men ſus eſt portā a tecto thalami vſqꝫ ad tectū eius: latitudinē viginti ꝛ quinqꝫ cubitoꝝ. Quinqꝫ enim carnis ſenſibus ꝑditi ſumꝰ: videli cet viſu guſtu olfactu auditu atqꝫ tactu. Iſdē vero q̇nariꝰ numerꝰ per ſemetipſū multiplicatus ad vi ginti et quinqꝫ numerū ſurgit. O perari aūt exterius quiddā de mā datꝭ celeſtibus ſine iſtis corporis ſenſibus non valemꝰ. Hijs quip pe officijs ſuis iudex animꝰ interi us preſidet: et quid exteriꝰ agere iuſte vel miſericorditer poſſit quaſi eiſdē officijs renūciantibꝰ ac deſer uientibus agnoſcit. Cum ergo ti more omnipotētis domini animus impletur: neceſſe eſt ut quinqꝫ nrī ſenſus nobis velut ſubiecta officia in bona operatione deſeruiant: ꝑ quos cū aliquid agere miſericordi ter cepimus: plus ſe cotidie ipā miſericordia ingerit. ꝛ quaſi quidā ſinus boni operis expandit Cum qꝫ igitur ſenſus multiplicantur in ſe: dū hec quod per ipſos agitur in bono cotidie ope per profectū mul tiplicatur. Unde ꝛ latitudo eſſe xx et quinqꝫ cubitoꝝ dicitur: quia ti mor tenacia ꝛ pigredo anguſtia eſt Quiſquis enim ideo indigenti da re panē metuit ne ſibi deſit: adhuc in anguſtia timoris eſt Quiſquis ideo veſtimentū algenti non porri git quia hoc ſolus habere concupiſ cit: adhuc tenacie ſue āguſtia coar tatur. Quiſquis ideo bonū non a git quia tepore animi torpeſcit: ipſe ei ſuus torpor āguſtia eſt Reſ picere aūt inopē. audire ꝑcem. lar giri ſtipē. ꝑbere defenſionē atqꝫ ꝑ eiuſdē defenſione pauperis aduer ſantis cuiuſlibet inimicicias non ti mere: magna mentis latitudo eſt Menſuretur ergo inter thalamū ꝛ portā ea q̄ interiacet latitudo cu bitis xx ꝛ quinqꝫ: quia in exterio re ſenſuū opatione probatur ꝛ ag noſcitur q̄ intrinſecus largitas bo nitatis habeatur. Nam quid iam



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de ſcriptura ſacra didiceris. ⁊ q̄ntū
proximū tu caritatis ames in latitudi
ne boni operis oſtendis. Patet
itaqȝ viginti ⁊ quinqȝ cubitis lati
tudo inter thalamum ⁊ portam:
q2 inter caritatem et ſcientiam. teſ
tis ē bona operatio. Que ſi fortaſſe
defuerit: profecto certum eſt. nec
cognouiſſe te deū nec diligere ꝓxi
mum: id eſt portam ſacri eloquij
nec amoris thalamū habere. Et
notandū ꝙ a tecto thalami vſqȝ
ad tectum porte dicitur menſuratū
Per ea eī que nobis in ſacra ſcrip
tura cooperta ſunt. noſtra humili
tas approbatur: quia quicquid in
illa non intelligimus: non ſuperbe
reprehendere. ſed venerari humili
ter debemus. Vnde ⁊ de domino
ſcriptum eſt. Palpebre eius inter
rogant filios hominū. Palpebre
eius quippe. eius iudicia ſunt:
quando aliquid nobis claudunt:
⁊ aliquid aperiunt Aperiendo nos
interrogant: ſi intelligendo non
extollimur. Claudendo nos inter
rogant: ſi non deſpicimus que in
telligere non valemus. Per ea au
tem que de caritate noſtra proxi
mis noſtris non loquimur in con
ſpectu dei. verius probamur. In
quorundam enim ore caritas ficta
eſt: in quorundam cordibus vera
Et ſepe de caritate oſtenditur qđ
non eſt: et non demōſtratur quod
eſt. Amorem itaqȝ noſtrum erga
proximū plus bona operatio loqua
tur q̄ lingua: vt in ipſo bono ope

re proximus noſter amari ſe videat.
Et cum tantum non poſſumus q̄n
tum volumus operari: omnipotenti
deo occulta amoris noſtri ſufficiāt
A tecto ergo thalami vſqȝ ad tec
tum porte. ſit magna latitudo: vt
ab occultis noſtre caritatis ꝓpter
proximū vſqȝ ad humilitatem ſci
entie: et propter deum quantum
intelligimꝰ et valemus. bona ſem
per operemur Poteſt enim porta:
ipſe iam auditus regni celeſtis in
telligi Habet nunc thalamus tec
tum. habet ⁊ porta tectum: q2 ⁊
q̄nta noſtra caritas ſit inter deum
⁊ proximū non cognoſcitur: ⁊ q̄n
de hoc ſeculo ad eterne vite regnu
em ītroducamur: ignoratur Eſſe
enim nobis conditor noſter diem
mortis noſtre incognitū voluit: vt
dum ſemꝑ ignoratur: ſemper eſſe
ꝓximꝰ credatur: ⁊ tanto quis fer
uentior ſit in operatione: q̄nto et in
certus eſt de vocatione Vn̄ et lati
tudo viginti ⁊ q̄nqȝ cubitorū a tha
lamo ad portā tendit: q2 caritatē
quā ſemel in deo et ꝓximo cœpi
mus: vſqȝ ad ingreſſum regni de
bemus omne qđ poſſumꝰ multipli
citer atqȝ inceſſanter operari. A tecto
itaqȝ thalami vſqȝ ad tectū porte
magna latitudo eſt: q2 ex grā qua
inchoamꝰ deū diligere: vſqȝ ad il
lam dilectionē que nobis aditum
regni celeſtis aperit. debemus noſ
metipſos in magna bonorum acti
one dilatare. aduerſa patienter ꝑ
peti. benigna libenter impendere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſos etiam quos patimur amare
habita tribuere. non habita non
ambire. proximos ſicut noſmetip
ſos diligere; eorꝫ bona noſtra cre
dere. eorꝫ mala quaſi ꝓpria deſfle
re. In tali ergo mente magna la
titudo eſt; in qua anguſtia odiorũ
non eſt. Quã profecto latitudinẽ
ex dei et proximi amore cõcipim9
per ſacra mandata q̃ cognouimus
Nam et ipſos latitudinis viginti
et quinq; cubitos non incõuenient
intelligim9; ſi eos iuxta ſacrũ elo
quiũ diſcutere velim9. Sex enim
cubitis mẽſuratos thalamos dix
erat et ſexto die homo eſt condit9
eoq; die dominus perfeciſſe opera
ſua deſcribitur; vnde etiam pro ꝑ
fectione poni ſenarius numerus ſo
let. Et quia omnem operationem
bonam per quatuor ſancti euange
lij libros agnouimus; ſi ſex quat
ducimus ad vigintiq̃tuor peruent
mus. cui monas additur; quia v
nus eſt per quẽ bene omnes ope
rantur. Viginti ergo et quinq; cu
bitis latitudo hec explicari debuit
quia omnis bona operatio per ſã
euangelij quatuor vt diximus li
bros agnoſcitur; et in vni9 dei cog
nitione et confeſſione completur.
Sequitur. Et oſtiũ contra oſtiũ
Hoc loco contra non ad aduẽſitatẽ
ponitur; ſed ad rectitudinẽ. Oſtiũ
enim contra oſtiũ eſt; cũ recto iti
nere ab exteriore ad interiorẽ adi
tum peruenitur. In cognitione ve
ro omnipotẽtis dei primum oſtiũ

noſtrũ fides eſt. ſcdm̃ vero ſpecies
illius. ad quam per fidem ambu
lando peruenim9. In hac etenĩ vi
ta hanc ingredimur; vt ad illam
poſtmodũ perducamur. Oſtiũ er
go contra oſtiũ eſt. quia per aditũ
fidei aperitur aditus viſionis dei.
Si quis vero vtraq; hec oſtia in
hac vita velit accipere; neq; hoc a
ſalubri intelligentia abhorret Nã
ſepe volumus omnipotẽtis dei na
turã inuiſibilem conſiderarẽ ſed ne
quaq̃ valemus. atq; ipſis difficul
tatibus fatigata anima ad ſemet
ipſam redit. ſibiq; de ſeipſa gradus
aſcenſionũ facit; vt primũ ſemetip
ſam ſi valet conſideret; et tunc illã
naturã que ſuper ipſam eſt inq̃tũ
potuerit inueſtiget. Sꝫ mens nrã
ſi in carnalib9 ymaginibus fuerit
ſparſa nequaq̃ vel ſe vel anime na
turã conſiderare ſufficit; quia per
tot cogitationes ducitur; quaſi ꝑ
tot obſtacula cecatur Primus ergo
gradus eſt; vt ſe ad ſe colligat.
Scdus vt videat qualẽ eſt collcã
Tercius vt ſup ſemetipſã ſurgat
ac ſe contemplationi auctoris inui
ſibilis intẽdendo ſubiciat. Sed ſe
ad ſe nullaten9 colligit; niſi prius
didicerit terrenarũ atq; celeſtiũ y
maginũ fãtaſmata ab oculo men
tis compeſcere q̃cquid de viſu. q̃cq̃d
de auditu. quicquid de odoratu.
quicq̃d de tactu et guſtu corporeo
cogitationi eius occurrerit reſpue
re atq; calcare. quatin9 talẽ ſe que
rat intus. qualis ſine iſtis eſt Nã

hec qn̄ cogitat: quaſi quaſdā vm
bras corpm introrſus verſat. Abi
genda ergo ſunt omnia manu diſ
cretionis ab oculis mentis: quati
nus talem ſe anima ꝯſideret: qua
lis ſub deo ſup corpus creata eſt.
vt a ſuperiore viuificata. viuificet
inferius qd̓ adminiſtrat Que ꝛ ſic
infuſa eſt corpori: vt non ꝑ mem
brorum partes. ꝑtibus ſit diuiſa.
Nam in quolibet loco pars corpo
ris patitur: tota dolet Miro autē
modo vna eademq; viuificatione
mēbrorū preſidens: cum ipſa per
naturam non diuiſa ſit: ꝑ corpus
tamen agit diuerſa. Ipſa tamen
eſt que ꝑ oculos videt. ꝑ aures au
dit. per nares odoratur: ꝑ os guſ
tat. ꝑ membra omnia tangit: ꝛ
tangendo lene ab aſpero decernit
Et cū tam diuerſa ꝑ ſenſus opera
tur: non hec diuerſa. ſed vna illa
in qua creata eſt ratione diſponit.
Cum ergo ſeipſam ſine ymaginī
bus corporis cogitat anima: iam
primū hoſtiū intrauit: ſed ab hoc
hoſtio ad illud tenditur: vnde de
natura dei omnipotētis aliquid cō
templetur Anima itaq; in corpe:
vita eſt carnis. Deus vero qui vi
uificat omnia: vita eſt animarū.
Si igitur tante eſt magnitudinis
vt ꝯphendi non poſſit vita viuifi
cata: quis intellectu cōprehendere
valeat: quante maieſtatis ſit vita
viuificans: Sed hoc ipſū ꝯſiderarē
atq; diſcernē: iam eſt aliquatenꝰ
intrare. Quia ex ſua eſtimatione

aīa colligit: quid de incircūſcripto
ſpū ſentiat: q̄ ea incōprehēſibilit̄
regit: que incōprehēſibilit̄ creauit
Conditor etenim noſter longe in
cōpabiliter creature ſue preſidet:
ꝛ quedam opatur vt ſint. nec tm̄
viuant Quedam vero vt ſint ꝛ vi
uant: nec tamen diſcernere aliq̄d
de vita valeant Quedā autem vt
ſint ꝛ viuant atq; diſcernant Et
opatur vnus omnia: ſed in omni
bus non diuiſus Eſt enim vere ſū
mus: et nunq̄ ſibi diſſimilis. Ani
ma autem ꝛ ſi ꝑ naturam ſibimet
ipſi diuerſa non eſt: ꝑ cogitationē
tamen diuerſa eſt. Eo enim mo
menti ictu quo de viſu cogitat: de
auditu cogitare obliuiſcitur Et eo
momenti ictu quo de auditu vel
guſtu cogitat: de odoratu vel tac
tu cogitare non preualet: quia ꝑ
contentionem ꝛ obliuionem fit
ſemper ſibimetipſi diſſimilis: vt
nunc hoc nunc illud cogitatione
teneat. Omnipotens enim deus.
quia ſibimetipſi diſſimilis nō eſt:
ea virtute videt que audit: om
nia ea virtute creat: qua iudicat
creata. Eius ergo et videre ſimul
omnia adminiſtrare eſt: et admi
niſtrata conſpicere. Nec alia cogi
tatione iuſtos adiuuat: atq; alia
iniuſtos dāpnat. Sed vna eademq;
vi nature ſingularis ſibi ſemper
indiſſimilis: diſſimilia diſponit.
Cur autem de potentia creatoris
admiremur: qui virtutis eius
veſtigia et in creatura conſpiamꝰ:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Natura quippe luti ⁊ cere diuerſa
eſt· ſolis vero radius nõ eſt diuſ9
⁊ tamen cũ diuerſus nõ ſit· diuer
ſa ſunt que in luto opatur ⁊ cera·
quia vno eodẽq; ſui ignis calore
lutũ durat et cerã liquat Sed for
taſſe hoc in natura luti vel cere eſt·
non in ipã ſolis ſubſtãtia: q̃ in na
turis diuerſis diuerſa videtur o
perari· Omps aũt deus in ſemet
ipõ habet ſine īmutatione mutabi
lia diſponere: ſine diuerſitate ſui
diuerſa agere· ſine cogitationũ vi
ciſſitudine diſſimilia formare· Lon
ge ergo diſſiliter opat diſſimilia
nunq̃ ſibi diſſimilis deus: qui et
vbiq; eſt ⁊ vbiq; totus eſt· Ait e
nim· Celum m̄ ſedes eſt: terra ãt
ſcabellũ pedum meoꝝ· Et de ipõ
ſcriptũ eſt quia celum metitur pal
mo· ⁊ terrã pugillo concludit· Ex
qua re eſt neceſſe conſiderare· quia
is qui celũ velut ſedi preſidet ſup
⁊ intus eſt· ⁊ qui celũ palmo ⁊ ter
ram pugillo concludit exterius in
ferius et ſuperius eſt· Vt ergo in
dicaret omps interiorem ſe eſſe et
ſuperiorem omnibus· celũ ſibi ſedẽ
eſſe perhibuit: vt vero ſe oſtende
ret omnia circũdare· celũ metiri pal
mo· ⁊ terrã ſe aſſerit pugillo ↄclu
dere· Ipſe eſt ergo interior ⁊ exteri
or· ipſe inferior et ſuperior: regendo
ſuperior· portãdo inferior· replendo
interior· circũdando exterior: ſicq;
eſt intus vt extra ſit· ſic circundat
vt penetret: ſic preſidet vt portet
ſic portat vt p̄ſideat· Cum ergo
ſubleuata ad ſeipſam anima ſuum
modulũ intelligit· ⁊ quia corpora
lia omnia trãſcendat agnoſcit atq;
ab intellectũ ſuo ſe ad auctoris intel
lectũ tendit: quid iam hec niſi oſti
um contra oſtiũ aſpiciat? Unde ⁊
auctori omniũ propheta dicit· Mi
rabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me·
Quia quãtũlibet intenderit· nec ſe
metipſam anima pfecte ſufficiat pe
netrare: quãtomagis illius mag
nitudinem qui potuit ⁊ animam
condere? Cumq; in ſcientie dei
intellectu laboraret: laſſeſcens
ac deficiens ſubdidit Confortata
eſt: nec potero ad eam Sed cũ co
nantes atq; tendẽtes quodcũ iam
de inuiſibili natura cõſpicere laſſa
mur reuerberamur repellimur: ⁊ ſi
interiora penetrare non poſſumus
tamen iam ab exteriore oſtio inte
rius oſtiũ videm9· Ipſe enim cõſide
rationis labor oſtiũ eſt: quia oſtẽ
dit aliquid ex eo quod intus eſt·
⁊ ſi adhuc īgrediendi poteſtas nõ
eſt· Sequitur· Et fecit frontes p
ſex cubitos· ⁊ ad frontẽ atriũ porte
vndiq; per circuitũ Sepe iam dix
imus ſenario numero perfectioẽm
boni opis deſignari: non illud ſe
quentes quod conati ſunt h9 ſeculi
ſapientes aſtruere· dicentes idcir
co ſenariũ numerũ eſſe perfectum·
quia ſuo ordine numeratus pficit·
vt cũ vnus duo vel tres dicuntur·
ſenari9 numerus impleatur: vel
quia in tribus partibus diuiditur
id eſt ſex tercia ⁊ dimidia videlicet

in vno·duob9· et tribus: ſed idcir
co ſenarium numerū eſſe ꝑfectum·
quia ſicut paulo ante dictum eſt·
ſexto die perficit deus opera ſua·
Quoniā vero peccatori homini le
gem dedit·que in decem preceptꝭ
ſcripta eſt: et ſex decies ducta in
ſexagenariū ſurgunt: recte ꝑ ſexa
ginta cubitos·bonoꝝ operum per
fectio deſignatur·Quod apte eū
dominus in euangelio deſignat: q̄
cum parabolā ſeminantis expone
ret·dixit· Aliud cecidit in terram
bonam·⁊ dabat fructū aſcendentē·
et creſcentem: afferebat vnū tri
ginta: et vnū ſexaginta: et vnum
centū· Fructus etenim terre bone
triginta affert: cum mens ꝑfectio
nem fidei que eſt in trinitate conce
perit·Sexaginta affert: cū bone
vite opera ꝑfecte ꝓtulerit·Centū
vero affert: cum ad eterne vite cō
templationē profecerit· Siniſtra
vero noſtra: eſt vita preſens Dex
tera vero: eſt vita ventura·Et recte
per centenariū numerū eterne vite
contēplatio deſignatur: quia cum
poſt triginta ac ſexaginta ad cen
teſimū numerū computandū ꝑue
nimus: iſdem centenarius nume
rus in dexterā tranſit· Fides atq;
operatio adhuc in ſiniſtra eſt: quia
hic adhuc poſiti: ⁊ credim9 quod
non videmus· et operamur vt vide
amus·Cū vero iam ſe animus in
contēplatione eterne vite ſuſpende
rit: quaſi ad dexteram manū com
poſitus ꝑuenit·Fecit itaq; frōtes:
ꝑ ſexaginta cubitos· Quia enī ꝑ
ſexagenariū numerū ꝑfectio: q̄d ꝑ
frontes edificij·niſi ipſa opa deſig
nant· q̄ exterius videntᷣ: Predica
tionis ei verbū tribuere·alimenta
eſurientib9· veſtimēta algentibus
dare·⁊ ꝓ bono ope pacient' adūſa
tolerare: q̄d aliud q̄ frontes ſūt edi
ficij celeſtis: Quia pulchritudo o
perū exterioꝝ ornat habitaculum
dei: quod adhuc latet intrinſecus
Sz iſte frōtes habēt atriū vndiq;
ꝑ circuitū: qꝛ in h' magna ſūt opa:
ſi hec in mente dilatat amplitudo
caritatis De caritate quippe ſcriptū
eſt latū mandatū tuū nimis· De
hac iterū pſalmiſta ait· Statuiſti
in loco ſpacioſo pedes meos Sed
ecce dū loquor: aio occurrit quō
lata eſt caritas Si ꝑ caritatē ꝑtin
gitᷣ ad deū: ⁊ ꝑ ſemetipſā veritas
dicit·intrate ꝑ anguſtā portam: ⁊
rurſū pſalmiſtā audio dicentē· ꝓpt
verba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui
vias duras: atq; in euāgelio dn̄s
dicit·iugū ei meū ſuaue eſt·⁊ on9
meū leue: quō ḡ aut lata caritas
ſi anguſta porta·aut quō iugū ſua
ue eſt·⁊ on9 leue: ſi in p̄ceptꝭ dei
vie dure ſūt q̄ cuſtodiūtᷣ: Sz hanc
nob q̄ſtionē cit9 ipā veritas ſoluit:
qꝛ via dei ⁊ inchoātib9 anguſta ē:
⁊ ꝑfecte iā viuētib9 lata· Et dura
ſunt q̄ contra vſū ſpūaliter animo
ꝓponim9: et tn̄ onus dei leue eſt
p9q̄ ferre cepim9: ita vt ꝓ amorē
e9 etiā ꝑſecutio placeat·⁊ oīs ꝓ eo
afflictio in mētꝭ dulcedine veniat·

ſicut ſancti quoqꝫ apoſtoli gaude
bant cū pro domino flagella tole
rabāt. Ipſa ergo anguſta porta a
mantibꝰ lata ſit: ipſe vie dure ſpe
cialiter currentibꝰ molles ⁊ plane
ſiūt. Dum enim ſcit animꝰ ſe pro
temporalibꝰ doloribꝰ gaudia eter
na recipere. ⁊ hoc incipit quo affli
gitur amare. Atriū ergo ante frō
tem eſt: id eſt in perfectione operꝯ
latitudo dilectionis. Et notādum
qꝺ dicitꝛ vndiqꝫ per circuitū: vt vi
delicet homo per omne quod agit
ſemper ſe in caritatꝭ amplitudine
dilatet: ne hūc aut timor aut odi
a anguſtent. Si quis ergo de ver
bo dei loquitur ⁊ caritatē quā pre
dicat in mente non ſeruat: edificij
frōtem habet: ſed atriū ante fron
tē non habet. Si quis elemoſinā
indigentibꝰ largitur. ⁊ per hanc
fortaſſe in corde extollitur. nec ex
caritate proximi inopie ſubuenit.
ſꝫ ſeſe elatione tacita extollit: frō
tem quidē in edificio oſtendit: ſed
iuxta frontem atriū non facit. Si
quis illatas a proximo cōtumeli
as tolerat. ⁊ male obiecta tacitus
portat: magna eſt pacientia quā
demonſtrat: ſed ſi dolorem in cor
de non habeat: ſi lucrari ad tran
quillitatem manſuetudinis eciam
ipſū qui male exceſſerat q̄rat. Nā
ſi pacientiam exteriꝰ adhibens in
tus dolorem tenet. nec amat eum
quē ſuſtinet: habet quidē frontem
in edificio. ſed ante frōtem atrium
non habet. quia is qui ſe anguſtie

odiorū ſubdidit profecto caritatꝭ
latitudinem amiſit. Nam ſicut in
ſuperiori parte iam diximꝰ. pacien
tia verā eſt. q̄ ⁊ ipſum amat quem
portat. Nam tolerare ſed odiſſe
non eſt virtus manſuetudinis: ſꝫ
velamentū furoris. Et notandū
qꝺ hic ipſum atriū porte dicitur.
Porta quippe nrā eſt aditus ad reg
nū: ⁊ deum ⁊ proximū perfecte a
mare. iam ad ingreſſū regni eſt ten
dere In q̄ntum enim quis amat in
tantū ad ingreſſū propinquat: in
q̄ntum vero amare negligit in tan
tū ingredi recuſat: quia nec ſtudet
videre quod appetat Tunc ergo
habemꝰ atriū porte: qn̄ ex latitu
dine caritatis ad ſupernam vitam
quā adhuc contingere minime poſ
ſumꝰ. iam per deſideriū intramꝰ.
Itaqꝫ cum bonū opus erga proxi
mū agitur. reſtat vt eiuſdem boni
opis intentio diſcernatur: ſi non
preſentis grē retributionem q̄rit.
ſed ſpem ſuam animꝰ ad futuram
promiſſionē tendit. vt ex tempora
libus eterna. ex terrenis celeſtia
ſperet. Spes enim celeſtiū mentē
ſolidat: ne concuciatur fluctibus tu
multuū terrenorꝫ. De qua ⁊ per
paulum dicitur. Quā ſicꝰ anchorā
habemus anime tutā ac firmā: ⁊
incedentem uſꝫ ad interiora velami
nis. De quibꝰ interioribꝰ hic quo
qꝫ ſubiungitur. Et ante faciem por
te que pertingebat vſqꝫ ad faciem
veſtibuli porte interioris. quinqua
ginta cubitos. Hoc quod hic loco

diatur añ faciẽ porte: nõ exterior
ſed interior ante portam locus de
ſcribitur: dum vſqꝫ ad faciem veſ
tibuli porte interioris ꝑtingere per
hibetur. Vnde et iſdem locus: q̄n
quaginta cubitis dicitur mẽſuratꝰ
Per quinquagenariũ enim nume
rum: requies eterna ſignatur Ha
bet enim ſeptenarius numerus ꝑ
fectionem ſuam: qꝛ eo die dierum
numerus eſt completus: ⁊ ꝑ legẽ
ſabbatum in requiem datum eſt.
Ipſe autem ſeptenarius per ſemet
ipſum multiplicatus: ad quadra
ginta ⁊ nouem ducitur Cui ſi mo
nas additur: ad quinquagenariũ
ꝑuenitur Quia omnis noſtra per
fectio ĩ illius vnius ꝯtemplatione
erit: in cuius nobis viſione iã mi
nus aliquid ſalutis ⁊ gaudij non
erit Hinc etiam iubileus id eſt an
nus quinquageſimꝰ in requiem da
tus eſt: qꝛ quiſquis ad omnipotẽ
tis dei gaudia ꝑuenerit. laborem
⁊ gemitum vlterius non habebit
Notandũ vero qꝛ locus qui deſcri
bitur: per quinquaginta cubitos
tendi ad faciem veſtibuli porte in
terioris ꝑtingere memoratur. Nõ
ergo hoc loco ꝓpheta iam ipſum
veſtibulum porte interioris: ſed lo
cum interiorem qui tendit ad veſti
bulum porte interioris narrat: ꝑ
quem locum vtiqꝫ ſicut diximus.
ſpes noſtra ſignatur Que dum e
ternam requiem querit: mentẽ ad
veſtibulum porte interioris ducit.
Hocipſum enim ꝗ deſideramus

celeſtia. ꝗ ad ꝓmiſſa gaudia ſuſpi
ramus. ꝗ eterne vite requiem que
rimus: iam ad interioris veſtibuli
faciem ꝓpinquamus. Dignetur
ergo ꝑ portam fides: per atrium
caritas. Per locum vero qui ad
faciem veſtibuli porte interioris ꝓ
pinquat figuretur ſpes: ſine quibꝫ
tribus virtutibꝰ quiſquis iam vti
ratione poteſt: ingredi ad celeſte
edificium non poteſt. Habeatur er
go fides in porta: quia introducat
ad intelligentiam Caritas in atri
o: qꝛ mentem dilatat in amorem
Spes in loco. qui quinquaginta
deſcribitur cubitis: quia per deſi
deria atqꝫ ſuſpiria. introducat ani
mum ad ſecreta gaudia quietis.
De qua quiete ⁊ ſi adhuc ſicut eſt
veritatꝭ lumen non cernimꝰ: iam
tamen prime intelligentie. aliq̄d
videmus. Vnde et hic ſubditur.
Et feneſtras oblíq̄s in thalamis
In feneſtris obliquis pars illa ꝑ
quã lumen intrat anguſta eſt: ſed
ꝑs interior q̄ lumen ſuſcipit lata.
Quia mentes ꝯtemplantiũ q̄muis
aliquid tenuiꝰ de vero lumine vi
deãt: in ſemetipſis tamen magna
amplitudine dilatantur. Que vi
delicet et ipſa que conſpiciunt: ca
pere pauca vix poſſunt. Exiguum
valde eſt quod de eternitate contẽ
plantes vident: ſed ex ipõ exiguo
laxatur ſinus mentium. in augmẽ
to feruoris ⁊ amoris Et inde apꝰ
ſe ample ſunt: vnde ad ſe veritatꝭ
lumẽ. quaſi ꝑ anguſtias admittũt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Que magnitudo ꝯtemplationis
quia concedi non nisi amantibus
potest. in thalamis obliq̄ fenestre
esse perhibentur: vel in hijs q̄ iux
ta thalamos nō iam extrinsecus
sed esse intrinsecus dicitur. Nam
de eisdē fenestris subditur. Et in
frōtibus eoꝝ. que erant intra por
tam vndiq; per circuitū. Erat enī
in thalamis erāt ⁊ in frōtibꝰ eo
rū que intra portā vndiq; per circu
itū fuerant cōstructe: quia qui cor
intus habet. ipse quoq; lumen con
templationis suscipit. Nam qui
adhuc exteriora īmoderatius cogi
tant q̄ sint de eterno lumine tine
contemplationis ignorant. Neq;
enim cū corporeaꝝ rerū ymagini
bus illa se infusio incorporee lucis
capit: quia dū sola visibilia cogi
tantur: lumen inuisibile ad men
tem non adducitur. Vꝫ quisquis
iam lumini cōtemplationis inten
dit curare magnopere debet ut men
tem semꝑ in humilitate custodiat
nunq̄ se de grā qua infunditur ex
tollat. ⁊ ipsas que mentes contem
plantiū signant. quales sint obli
que fenestre consideret. Per obli
quas etenī fenestras lumen intrat
et fur non intrat: quia hij qui ve
re speculatores sunt semꝑ sensū in
humilitate deprimūt: atq; ad eo
rum mentes intelligentia contem
plationis intrat. sed iactantia ela
tionis non intrat. Et patent itaq;
fenestre ⁊ munite sunt: quia ⁊ ap
ta est in mentibꝰ eorū gratia qua

replentur: ⁊ tamen ad se aduersa
riū ingredi per superbiam nō per
mittunt. Notandū vero q̄ intra
portā vndiq; per circuitū fenestre
oblique esse memorantur. Non e
nim contemplationis gratia sum
mis datur ⁊ minimis non datur:
sed sepe hanc sūmi. sepe minimi. se
pius remoti. aliqn̄ etiam cōiugati
percipiūt. Si ergo nullū est fideli
um officiū a quo possit grā cōtem
plationis excludi. quisq̄s cor intus
habet. illustrari etiam lumine con
templationis potest: q2 intra por
tā vndiq; per circuitū fenestre obli
que ꝯstructe sunt: vt nemo ex hac
gratia quasi de singularitate glori
etur. nullꝰ se donū luminis estimet
habere priuatū: quia in eo quod se
habere precipuū putat: sepe alter
est ditior. quē habere apud se boni
aliquid non putat. Vnde hic quo
q; adhuc apte subiūgitur. Simili
ter aūt erant ⁊ in vestibulis fenes
ficit ad regni retributionem: ſicut
ſcriptũ eſt. In terra pax hominibꝰ
bone volũtatis. Sequitur. Feneſ
tre aũt eius veſtibulũ ⁊ ſculpture.
ſcd̃m menſurã porte q̃ reſpiciebat
ad orientem. Cuncta hec iam ſu
perius latius dicta ſunt: et idcirco
ſermo non debet moroſa expoſitio
ne tardare. Hoc tamen magnope
re notãdũ eſt. ꝙ porta ad aq̃lonẽ
ea omnia habere perhibetur. que
porta ad orientẽ: feneſtras ſcꝫ con
templationis. veſtibulũ humilita
tis. ſculpturam bone operationis.
Omnes enim qui per hoc quod deo
in conũſatione nati ſunt in innocẽ
tia perſtiterunt. portam ad orien
tem habent: quia eis celeſtis re
gni aditꝰ patet a lumine quod ac
ceperunt. Et omẽs qui in peccatis
lapſi poſtmodũ torporis ſui frigo
re ſunt depreſſi. ſed per penitentiã
redeunt. ad amorem celeſtis patri
e recaleſcunt: portam ad aquilo
nem habent: quia eis etiam poſt
peccati ſui frigora regni aditus ꝑ
miſericordiam patet. Ea ergo ha
bere dicitur porta ad aquilonem:
quia ⁊ conuerſi peccatores ſic ditã
tur virtutibus. ſicut illi ſũt diuites
qui cadere in peccato vitauerunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde ⁊ pſalmiſte voce per dūm
dicitur· cinerē ſicut panē manduca
bam: quia ſic penitentes recipit ut
iuſtos· Scriptū quippe eſt de pec
catoribus· Olim in cilicio et cinere
penitentiam egiſſent· Cinis ergo
ſicut panis comeditur· qn̄ ad auc
toris ſui graciam peccator per pe
nitentiam ſicut innocens reuocat·
Porta igitur ad aquiloēm habet
feneſtras· habet veſtibulum· habet
ſculpturas: quia cum peccator ad
vitā poſt culpas reducitur· ſepe lu
men contemplationis accipit: ac
qȝ de ipā memoria iniquitatis ſue
grām magne humilitatis· bone
quoqȝ operationis efficaciam perci
pit: ut omne quod fieri ꝓ̄cipitur·
in vita eius quaſi ſculptū eſſe vide
atur· Septē vero graduū erat aſ
cenſus eius· ⁊ veſtibulū ante eam
Septem gradibꝰ ad portā aſcen
ditur: quia ꝑ ſancti ſpūs ſeptifor
mē graciam aditus nob̄ vite aperi
tur· Quam ſeptiformē graciam y
ſaias in ipō noſtro capite vel in eꝰ
corpore quod nos ſumus enume
rans dicit· Requieſcet ſuper eum
ſpūs ſapientie ⁊ intellcūs: ſpūs
conſilij ⁊ fortitudinis· ſpiritus ſci
entie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum
ſpiritus timoris domini· Quos ꝑ̄
dus de celeſtibꝰ loquens· deſcen
dēdo magis q̄ aſcendēdo numera
uit: videlicet ſapientiam intellec
tum cōſiliū fortitudinē ſcientiam
pietatē timorem· Et cū ſcriptū ſit
initiū ſapientie timor domini: con
ſtat proculdubio quia a timorē ad
ſapientiam aſcenditur· non aūt a
ſapientia ad timorem reditur: qꝛ
nimirū perfectam habet ſapientia
caritatem· Et ſcriptū eſt· Perfcā
caritas foras mittit timorē· Pro
pheta ergo quia de celeſtibus ad
yma loquebatur: cepit magꝭ a ſa
pientia ⁊ deſcendit ad timorē· Sȝ
nos quia a terrenis ad celeſtia te
dimꝰ· eoſdē gradus aſcendendo ā
numeremꝰ: ut a timore ad ſapien
tiam peruenire valeamꝰ· In men
te etenim nrā primus aſcenſionis
gradus eſt timor domini: ſecundꝰ
pietas· tercius ſcientia· q̄rtus for
titudo· q̄ntus conſiliū· ſextus intel
lcūs· ſeptimꝰ ſapientia· Eſt enim
timor domini in mente· Sed qua
lis eſt iſte timor: ſi cum eo pietas
non eſt? Qui enim miſereri proxi
mo ignorat· qui compati eꝰ tribu
lationibus diſſimulat: huiꝰ timor
ante omnipotentis dei oculos nul
lꝰ eſt: qui non ſubleuatur ad pie
tatē· Sed ſepe pietas per inordi
natā miſericordiam errare ſolet: ſi
fortaſſe pepercerit q̄ parcēda non ſt·
Peccata enim q̄ ferri gehenne ig
nibꝰ poſſūt: diſcipline ſūt verbere
corrigenda· Sȝ inordinata pietas
cum temporalit̄ parcit: ad eternū
ſuppliciū pertrahit· Ut ergo vera
⁊ ordinata ſit pietas· ad gradum
eſt aliū ſubleuanda id eſt ad ſcien
tiam: ut ſciat vel quid ex iuſticia
puniat: vel q̄d ex miſericordia di
mittat· Sȝ q̄d ſi ſciat quid agere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quid agere quis debeat ? virtutē
vero agendi non habeat ? Pacien
cia ergo noſtra creſcat ad fortitu
dinem ? vt cum videt quid agendū
ſit . hoc agere per mentis fortitu
dinem poſſit : ne timore trepidet .
et pauore collapſa non valeat bo
na defendere que ſentit . Sed ſepe
fortitudo ſi improuida fuerit . et mi
nus contra vicia circumſpecta : ip
ſa ſui preſumpcione in caſum ruit .
Aſcendat ergo ad conſilium : vt
prouidēdo p̄munieat omne quod
agere fortiter poteſt Sed eſſe con
ſilium non poteſt ſi intellectus de
eſt : quia qui non intelligit malū
quod agentem grauat ? quomodo
poteſt bonū ſolidarē quod adiuuat ?
Itaqȝ a conſilio aſcendamus ad
intellectum Sed quid ſi intellācis
magno quidem acumine vigilet ?
et moderari ſe neſciat per maturi
tatem ? Ab intellectu ergo aſcenda
mus ad ſapientiam : vt hoc quod
acute intellectus inuenit . ſapienti
a mature diſponat . Quia igitur
per timorem ſurgimus ad pieta
tem per pietatem ad ſcientiam du
cimur . per ſcientiā ad fortitudinē
roboramur . per fortitudinē ad cō
ſiliū tendim9 . per ꝯſiliū in intellcū
ꝓficim9 . ꝑ intellectū ad maturita
tē ſapie ꝑuenim9 ? ſeptē ḡdib9 ad
portā aſcēdim9 : ꝑ quā nobis adi
tus vite ſpūalis aperitur Sn aūt
dr qȝ veſtibulū erat ante eā ? qȝ ni
ſi quis prius humilitatē habuerit
ad hos grad9 donoꝝ ſpūaliū non

aſcendit : ſicut ſcriptum eſt Super
quem requieſcet ſpiritus me9 ? niſi
ſuper humilem et quietū . et tremē
tem ſermones meos ? De quo ꝑ
pſalmiſtā dicitur . Aſcenſus in cor
de e9 diſpoſuit . in ꝯualle lacrima
rum . Conuallis quippe humilis
locus eſt . Et peccator quiſꝫ dum
ſe in lacrimis humiliter affligit :
in corde per aſcenſum virtutū pro
ficit . Qui rurſus ait . Emittit fon
tes in conuallib9 : quia omp̄s de
us dona ſpiritualis gracie humili
bus preſtat Poteſt quoqȝ per veſ
tibulum fides intelligi . Ipſa quip
pe eſt ante gradus et portā ? quia
prius quidem ad fidem venimus
vt poſtmodum per ſpiritualiū do
norū gradus celeſtis vite aditum
intremus . Non enim virtutibus
venitur ad fidem . ſed fide pertingi
tur ad virtutes . Cornelius enim
centurio cuius elemoſine ante bap
tiſmum angelo teſte laudate ſunt .
non operibus venit ad fidem : ſed
fide venit ad opera Nam et ei per
angelum dicitur . Oraciones tue
et elemoſine aſcenderūt in conſpec
tu dei Si eni deo vero et ante bap
tiſmum non crediderat ? quem ora
bat ? Vel quomō hunc omnipotens
deus exaudierat ? ſi non ab ipſo ſe
in bonis perficī petebat ? Sciebat i
gitur creatorem omniū deum . ſed
qȝ e9 omp̄s filius incarnatus eſſꝫ ig
norabat Neqȝ eni poterat bona a
gē . niſi an credidiſſꝫ Scriptū naqȝ
ē . Sine fide īpoſſibile ē placē deo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fidem ergo habuit cuiꝰ operatio
nes ⁊ elemoſine placere potuerūt
bona aūt actione promeruit vt de
um perfecte cognoſceret. ⁊ de vni
genito eius incarnationis miſteri
um crederet: quatenꝰ ad ſacramē
tum baptiſmatis perueniret. Per
fidem ergo venit ad opera: ſed ꝑ
opera eſt ſolidatus in fide Veſtibu
lū itaqꝫ ante gradus eſt: quia qui
prius crediderat. ipſe poſt virtutū
gradibꝰ ad porte aditū aſcendit.
Sequitur. Et porta atrij interio
ris contra portā aquilonis ⁊ ori
entis. Hoc loco contra non ꝓ ad
uerſitate ponitur. ſed pro rectitudi
ne. Ita enim porta atrij interiorꝭ
poſita monſtrabatur: vt porta aq̄
lonis ⁊ orientis recto ad eam adi
tu tenderet. Quid eſt ergo ꝙ por
ta interior recto itinere poſita cōtra
portā orientis ⁊ aquilonis oſten
ditur. niſi hoc quod aperte datur
intelligi. quia ſiue iudayco ⁊ genti
li populo. ſeu iuſtis ⁊ peccatoribꝰ
ſed poſt peccata conuūſis. eque adi
tus regni celeſtis aperitur. Larga
eſt enim miſericordia creatorꝭ nr̄i
Et porta interior non ſolam portā
orientis reſpicit. ſed eciā aquilonis
quia non ſolis hijs qui in innocēci
a permanent. ſed eciam peccatori
bꝰ peccata ſua penitendo dāpnanti
bꝰ aperiūtur interioris atrij gau
dia: vt ineffabilia miſteria patri
e celeſtis agnoſcant. agnoſcendo
ſitiant: ſitiendo currant: currendo
perueniant Hec interni gaudij ſe

creta cognouerat. qui dicebat. Si
tiuit anima mea ad deum viuū.
quando veniam et parebo ante faci
em dei. Predicator gentium ad
hūc aditum regni celeſtis anhela
bat cū diceret Cupio diſſolui ⁊ cū
xp̄o eſſe. Hec exultationis occul
te ſecreta cognouerat ſponſa: que
dicebat. Dilectus meus miſit ma
nū ſuam per foramē: ⁊ venter me
us intremuit ad tactū eiꝰ. Dilec
tus etenim manū per foramē mit
tit: qn̄ virtute ſua dominꝰ noſtrū
animū per ſubtilem intellectū pul
ſat. Et venter illius in tactu contre
miſcit. quia infirmitas noſtra per
hoc quod celeſtis gaudij intellectū
tangitur ipſa ſua exultatione tur
batur: ⁊ fit in mente pauor ac leti
cia. quia iam ſentit quod de celeſti
gaudio diligat: et adhuc metuit
ne plene nō percipiat quod vix te
nuiter ſentit. Quid igitur reſtat.
niſi vt ſe ad perfectioris vite curſū
dirigant. omnes qui illa gaudia
patrie celeſtis agnoſcunt. Vnde
⁊ hic apte ſubiungitur. Et menſꝰ
eſt a porta vſqꝫ ad portā centū cubi
tos. Centenariū numerū quia de
cies per denariū ducitur. iam ſupe
rius diximꝰ eſſe perfectū Is itaqꝫ
qui aditum atrij interioris videt.
profecto neceſſe eſt vt per viā per
fectionis currat: vt a porta incho
ationis vſqꝫ ad conſūmationis in
greſſum perueniat. Menſuratur er
go atriū internꝰ quod a portꝭ exte
rioribus vſqꝫ ad portam interiorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſenditur centum cubitis: vt qui in
trare amando cepit· latitudinē per
fectionis habeat in mente: q̄tenus
in eo quē diligit hunc nec proſpe
ra extollant nec aduerſa coanguſ
tent· ſed tranſitoria cuncta deſpici
ens· quo aduſꝫ ad gaudia ſecreta
perueniat · per atriū perfectionis
currat· Sunt enim multi qui iam
in ſeptem gradibus aditum porte
exterioris intrauerūt: iuxta quen
dā ſuperne diſpenſationis modū
per timorem dei humiles· per pie
tatis ſtudiū miſericordes · per ſci
entiam diſcreti· per mentis fortitu
dinem liberi· per conſiliū cauti· per
intellectum prouidi · per ſapienti
am maturi: ſed adhuc quibuſdā
neceſſitatib9 obligati· hui9 mūdi
curꝭ inſeruiūt: ⁊ inde iam ex mag
na parte excuſſerunt animū · vbi
adhuc tenentur inuiti· Cumqꝫ ſu
perimpoſita terrene occupationis
portant onera· minus ſe in precep
tis celeſtibus exercent: ⁊ dum an
helare medullitus ad eternam pa
triam non vacat· ipſa in eis ſua a
liquo modo deſideria langueſcunt
quia animo curis temporalibus p̄
pediti· vera gaudia que cognoſcūt
amare tantū non licet q̄ntum libet
Hij plerūqꝫ a iugo mūdi colla mē
tis excuciūt: omnia deſerūt· terre
ne cure pondera deponūt: atqꝫ vt
ad celeſte deſideriū lacius animū
ſuum laxent· vitam remotam pe
tunt: ⁊ in ea p̄abus ſanctis inten
ti ſacris meditationibus dediti ·
cotidiano ſe fletu afficiūt: ⁊ vetuſ
tatē cordis igne amoris conflant
atqꝫ ad celeſte gaudiū accendendo
ſe innouant Hij plerūqꝫ in ipſo ſu
o deſiderio accenſi exire iam de car
ne concupiſcunt: atqꝫ ad vitam p̄
ſentem redire poſt fletus nolunt:
ſed tamen differūtur vt dilatus a
mor ex ipſa ſua dilatione proficia
at: ⁊ ardenti deſiderio quaſi qđ
negatur accreſcat Sic in regione
geraſenorū qui liberatus a legionē
demonū fuerat ire iam cū domino
volebat: ſed tamen ei dicitur· Re
uertere in domū tuam: ⁊ narra q̄n
ta tibi fecerit dominus· Hic ſpon
ſa in canticis canticorꝫ ſanctis deſi
derijs anxia loquitur dicens· In
lectulo meo per noctes queſiui quē
diligit anima mea: queſiui illum
⁊ non inueni· In lectulo enim di
lectum querit: quādo in ipſo ſuo o
cio et vacatione quā appetijt iam
videre anima dominū concupiſcit:
iam ad eum exire deſiderat: iā ca
rere p̄ſentis vite tenebris anhelat
Sed querit illū ⁊ nō inuenit: qꝛ
q̄uis magno amore deſideret: ad
huc tn̄ ei non conceditur videre quē
amat Tales itaqꝫ ſanctorꝫ men
tes quid aliud in hoc deſiderio faci
unt: niſi quod iam a portis exteri
oribus per atriū interius ad por
tam currūt: Quib9 ſepe euenit ·
vt cum ſe videant magno celeſtis
grē munere cōpunctos· iam ſe perfec
tos exiſtimēt: ⁊ obedientes putēt
ſꝫ qꝛ nullus eſt qui dura precipiat

paciētes eſſe ſe credant ꝟ quia ne
mo eos per contumelias ⁊ aduer
ſitates pulſat. ⁊ plerumq̄ cōtingit
vt ſpūale miniſteriū vel inuiti ſuſci
piant; atq̄ ad gubernationem fi
deliū deducantur. Qui cum mag
nis tribulationib9 fuerint hinc in
de pulſati turbati mente ſeſe imper
fectos inueniūt; qui non pulſati ꝑ
fectos ſe eſſe crediderūt. Qua ex
re agitur vt ſe ad ſemetipſos colli
gant ⁊ apud ſe tacti obprobriū
ſue infirmitatis erubeſcant. atq̄
ex ipā ſua confuſione roborati con
tra aduerſa paciētiā opponant;
⁊ ex tribulatione proficiant q̄ pri
us in ocio ex ipā ſua ſecuritate tor
pebāt. ⁊ de cetero tales eſſe incipi
unt; quales ſe eſſe prius inaniter
putauerūt. Hij itaq̄ cū a portis
exterioribus uſq̄ ad interiorem por
tam per boni ſtudij atriū diſcurrun
tur. hoc ipſū in eis atriū centū cu
bitis menſuratur; quia dilatione
⁊ exercicio in ſcā cotidie perfcōē
proficiūt. Per cotidiana enim de
ſideria in mente pfia; quaſi centū
eſt cubitis interi9 atriū menſurari
Idcirco igitur a portis uſq̄ ad por
tam centū ſūt cubiti; vt quaſi que
dam mora eundi ſit ipā dilatio vi
uendi. per quā cotidie ī virtutib9
creſcitur; ut ad interiorē aditū per
fectius perueniatur. Sequitur ⁊
duxit me ad viam auſtralem; ⁊
ecce porta q̄ reſpiciebat ad auſtrū
Et menſus eſt frontem eius ⁊ veſti
bulū eius iuxta menſuras ſuperio

res; ⁊ feneſtras ei9 ⁊ veſtibula in
circuitu. ſicͭ feneſtras ceteras Quin
q̄ginta cubitoꝝ lōgitudinē et lati
tudinē vigintiq̄nq̄ cubitoꝝ. et in
gradib9 ſeptē aſcendebatur ad eā
et veſtibulū ante fores eius. Cūc
ta hec in orientꝭ ⁊ aquilonis por
ta iam dicta ſunt; ⁊ congruū non
eſt vt ea q̄ ſemel ac ſcdo exponen
tes diximus. ſepius replicem9. No
tandū tamē nobis eſt. quia in ſpi
rituali edificio alter aditus ad ori
entē. ali9 ad aquilonē. atq̄ alius
ad auſtrū patet. Sicut enim aqui
lonis frigore peccatores. ita per
auſtralem viam feruentes ſpiritu
deſignantur; qui calore ſancti ſpi
ritus accenſi velut in meridiana lu
ce virtutib9 excreſcūt. Pateat ita
q̄ porta ad orientē; vt hij qui ſa
cramenta fidei bene inchoauerunt
⁊ in nulla poſtmodū viciorū ꝓfun
ditate dimerſi ſūt ad gaudia ſecre
ta perueniant Pateat porta ad a
quilonem. ut hij qui poſt inchoaci
onē caloris ⁊ luminis in peccato
rum ſuoꝝ frigorē ⁊ obſcuritate de
lapſi ſunt. per compūctionē penitē
cie ad veniam redeant; ⁊ q̄ ſit iīte
ne retributiōis vera leticia cognoſ
cant. Pateat porta ad meridiem
vt hij qui poſt accepte lucis iniciū
ſanctis deſiderijs in virtutib9 fer
uent; ſpūali intellcū cotidie inter
ni gaudij miſteria penetrēt. Inter
hec aūt q̄ri poteſt; cū quatuor h9
mūdi partes ſint. cur in hoc edifici
o hee exteriores non quatuor ſed

tres porte eſſe memorantur. Qđ
recte querendū fuerat: ſi propheta
non ſpūale ſed corporale edificiū
vidiſſet. Sancta enim eccleſia id
eſt ſpūale edificium vt ad ſecreta
gaudia pertingat. tres ſolūmodo
portas habet: videlicet fidē ſpem
atqꝫ caritatē: vnam ad orientem
aliam ad aquiloēꝫ terciam ad me
ridiem. Porta quippe in oriēte eſt
fides: quia per ipſam lux vera naſ
citur in mente. Porta ad aquilo
nem ſpes: quia vnuſquiſqꝫ in pec
catꝭ poſitus ſi de venia deſperaue
rit. funditus perit Vnde neceſſe eſt
vt qui ſua iniquitate extinctus eſt
per ſpem miē reuiuiſcat. Porta
ad meridiem eſt caritas: quia ig
ne amoris ardet. In meridiana
etenim parte ſol in altum ducitur.
quia per caritatem lumen fidei in
dei ⁊ proximi dilectione ſubleua
tur. Tribus igitur portis ad in
terius atriū tenditur: quia per fi
dem ſpem atqꝫ caritatem ad gau
dia ſecreta peruenitur. Alia quoqꝫ
queſtio oritur: cur porta atrij inte
rioris poſita contra portam orien
tis et aqlonis dicitꝰ: et an ad auſ
tralem portam pateat tacetur.
Sed quia per orientem inchoan
tes. per aquiloēm lapſos diximꝰ
deſignari: dignū fuit vt vel de in
choantibꝰ quibus adhuc ſol in te
pore eſt. uł etiam de lapſis ſed per
conuerſionem redeuntibus aperte
diceretur. qꝛ eis porta atrij interio
ris pateat: quatinus ex ipſis nos

certos faceret. de quibus dubitari
potuerat. Hoc aūt de porta auſtra
li dicendū non erat: quia eos ad
gaudia interna pertingere qui fer
uore ſpiritus in virtutibus perma
nent nullꝰ ignorat. Vſus quippe
eſt ſacri eloquij. ea de quibus du
bitari potuerat aperte dicere et ea
que conſtant tacere: ſicut per pſal
miſtam dicitur. Irritauerunt moy
ſen in caſtris: ⁊ aarō ſanctum do
mini. Aaron quippe exigente po
pulo ydolū fecerat: ⁊ recte poterat
de eius vita dubitari. Moyſes er
go ſanctus non dicitur. quia ſanc
tus eſſe ab omnibus ſciebatur: ⁊ aa
ron ſanctum nominat: vt nobis
de vita illius dubietatem tollat.
Sequitur. Et celate palme erāt.
vna hinc et altera inde in fronte e
ius. Quid eſt hoc qđ prius in frō
tibus pictura palmarū: nūc autem
celate palme in frōte eſſe memorā
tur: In celatura quippe lapidū ex
teriora opera eſſe videntur. Sed ſi
cut ſuperiꝰ iam diximꝰ pictura pal
marū eſt oſtenſio ſignoꝝ: nūc ve
ro celatura palmarū dicitur: vt bo
noꝝ operū demonſtratio deſignet.
Ipſis enim ſūmis predicatoribus
dicitur. Videant opera veſtra bo
na: et glorificent patrem veſtrum
qui in celis eſt Qui igitur in vita
ſua impreſſa eſſe ſancta opera de
monſtrant palmas in fronte cela
tas habent: quia quanta illos in
poſterū victoria ſequatur. iam nūc
in ſanctis ſuis operibus oſtendūt

Vel certe quia fidem per orientis
ſpem per aquilonis· caritatē vero
per auſtralem portam diximus de
ſignari. notandū nobis eſt· quia
in orientis porta pictura palmarū
in aquilone vero ⁊ meridie celatu
ra eſſe perhibetur: quia contingit
ſepe vt hij qui adhuc inchoantes
ſunt· necdū ſe in opibꝰ ſolidis ac
magnis exerceant. hij vero qui
poſt iniquitates ad v̄tutes redeūt
pleruq; vt culpas ſuas ante omni
potentis dei oculos tergere valeāt
in magnis operibꝰ exercentur: et
qui iā feruore ſpūs ſās actibus in
cedere ſciūt· virtutibꝰ excreuerūt· q̄ſi
meridies in ſanctis actibus ſunt·
In orientis ergo porta pictura eſt
in aquilonis vero ⁊ in meridiei ce
latura. quia ſignū victorie quod
inchoantibus oſtenditur: hoc in re
uertentibus atq; feruentibus iam
ſolidius ⁊ robuſtius tenetur· No
tandū quoq; magnopere eſt: ꝙ di
citur hinc ⁊ inde· Omnes enim q̄
ad vite aditū tendimus: ⁊ ex dex
tro et ex ſiniſtro latere habere pal
mā debemus· Qd enim hinc ⁊ in
de dicitur: latus vtruq; ſignatur
A dextro igitur palmam habet is
quem proſpera non extollūt: a ſi
niſtro palmā habet is quem aduer
ſa non deiciunt· Quaſi ex vtraq;
parte portabat paulus palmā cum
diceret Per arma iuſticie a dextris
⁊ a ſiniſtris: per gloriam ⁊ igno
bilitatē. per infamiā ⁊ bonam fa
mā· vt ſeductores ⁊ veraces· Non
hunc aduerſa frāgebāt: non proſ
pera in mentis tumorem ſubleua
bāt· Hinc inde ergo geſtabat pal
mā qui ⁊ in aduerſitate fortis· et
in proſperitate humilis permane
bat· Quiſquis enim de proſperis
extollitur habere in parte dextera
palmā neſcit: quiſquis in aduerſi
tatibꝰ frāgitur portare palmā a ſi
niſtro latere ignorāt· Vt ergo hinc
⁊ inde palma geſtetur in frōte· ad
eſſe ſemper nr̄is mentibꝰ debet et
in aduerſis fiducia ⁊ in proſperis
timor. ne aut aduerſa in deſpera
tioēm ꝯtrahāt: aut proſpera ani
mū in ſui fiducia extollant· Hinc
eſt ꝙ idem egregius p̄dicator di
cebat· Scio ⁊ humiliari ſcio ⁊ ha
būdare. vbiq; et in omnibꝰ inſtitu
tꝰ ſū: ⁊ ſaciari ⁊ eſurire· et habūda
re ⁊ penuriā pati· Omnia poſſū in
eo qui me confortat· Nūquid nā
frēs ars eſt aliqua humiliari ⁊ ha
bundare· ſaciari ⁊ eſurire· habun
dare et penuriam pati. vt ꝓ mag
no ſe iſta ſcire tantus p̄dicator in
ſinuet. Ars omnino et mira diſci
pline ſcientia: que toto nobis cor
dis eſt ānisu diſcenda· Quē enim
penuria ſua non frāgit· a graciarū
actione non retrahit· in rerū tempo
raliū deſideriū non accendit: ſcit
humiliari· Hoc enim loco apoſto
lꝰ humiliari dicit penuriā ꝑpeti Nā
ſtatī ꝯtrario ſubiūxit· Scio ⁊ ha
būdare· Qui enim acceptis rebus
non extollitur· qui eas ad vſū va
ne glorie non intorquet· qui ſolus

non poſſidet quod accepit. ꝫ hoc
cū indigentibus miſericorditer di
uidit: ſcit habūdare. Qui accept9
alimentū non ad ingurgitatioēm
uentris utitur. ſed ad reparatioēm
uirtutis. nec plus carni tribuit. q̄ꝫ
neceſſitas petit: ſcit ſaciari. Qui
alimentoꝝ inopiā ſine murmura
tione tolerat. nec pro neceſſitate
uict9 agit aliquid unde anima pec
cati laqueū incurrat: ſcit eſurire.
Quē ḡ nec habūdātia in ſupbiā e
leuat. nec in nccītate cupiditas ir
ritat. nouit habūdarē. nouit penuri
am pati. Qui cū ſtatī ſubderet oīa
poſſū: ne elatioīs eſſe vba crederē
m9 adiūxit in quo In eo qui me ꝯ
fortat. Ecce in altum ramus pro
dijt: ſed quia in radice ſe tenuit.
in uiriditate permanſit. In altum
enim ſurgens areſceret: ſi ſe a ra
dice diuiſiſſet. Sibi enim nil tribu
it: qui omnia ſe poſſe non in ſe ſed
in eo qui ſe ꝯfortat fatetur. Hinc
& inde ergo predicator egregius
palmā habet: quē nec habūdanti
a in ſuperbiam. nec inopia ad aua
riciam pertrahit. Diſcamus itaq̧
frēs nō ſolū in proſperis: ſed in ad
uerſis quoq̧ grās agere. Pater e
nim nobis ex pietate ſua fact9 eſt
ꝯditor noſter: noſꝫ adoptiuos fili
os ad hereditatē regni celeſtis nu
trit. & non ſolū donis reficit: ſed e
tiam flagellis erudit. Diſcamus
igitur habūdare. ut cūcta q̄ ab eo
accepim9 cum indigentib9 partia
mur: ut mentē habūdātia nō ele
uet. ne forte ſe ſſe gaudeat. q̄nia hec
adeſt ſibi qd̄ deeſt alteri: & nō iam
de bono ſꝫ x̄po letetur. A priuato
gaudio ueritas ad ꝯmune diſcipu
los reuocat: cū eos de predicatio
ne redeūtes. & de ſubiectioē demo
nū letantes admonet dicens. No
lite gaudere ſuper hoc: ſed potius
gaudete & exultate. quia nomina
ueſtra ſcripta ſunt in celo. Non e
nim omnes electi demonia eiciūt.
ſed tamen electorū omniū nomina
celo tenentur aſſcripta. Admonen
tur ergo diſcipuli priuatā leticiam
deponere. de ꝯmuni aūt & perpe
tua felicitate gaudere. Quiſquis
itaq̧ in eo gaudet quod alter nō
habet: ex ipā ſua habundantia de
terior factus. gaudiū priuatū ha
bet. Contra hui9 nos appetitum
habūdantie iohannes ām. monet di
cens. Nolite diligere mundū: ne
q̧ ea q̄ in mūdo ſūt. Qui q̄re hoc
dicat mox racionē ſubdidit dicēs.
Si quis diligit mūdū: non eſt ca
ritas patris in eo. Nemo enim po
teſt duobꝫ dn̄is ſeruire quia nō ua
let ſimul traſitoria & eterna dilige
re. Si enim eternitatē diligim9:
cūcta tpalia in uſu nō in affcū poſ
ſidem9. Qui eandē uocē ꝯtin9 ſub
dit dicēs. Quia oē qd̄ in mūdo eſt
ꝯcupiſcētia carnis ē. & ꝯcupiſcētia
oculoꝝ. et ſupbia uite. Ideo enim
hrē aliquid hōīes & ultra q̄ꝫ nc̄ce
eſt concupiſcūt. ut habēdo ſuperbi
ant: & quia hoc alius non habet
ſe in cogitationibus extollunt.

Quiſquis itaqꝫ talis eſt: adhuc
ad portandã habũdantiã doctꝰ nõ
eſt. Sepe aũt quod auaricia ex ap
petitu gerit neceſſitatem putat: ⁊
cũ minora ſufficiant. dolet maiora
deeſſe: atqꝫ incautus animꝰ quã
dã quaſi neceſſitatẽ patitur quã pa
rit: ⁊ cum nimia ſint q̄ deſiderat:
ſuam ſibi aliquo modo auariciam
excuſat. Habũdantia itaqꝫ ſuperbi
e vicina eſt: quã ſiq̄n etiam cupidi
tas intercipit. hanc vt ita dixerĩ
quaſi peregrina cupiditas inuaſit
Si igitur habũdandi artem ſcire
volumꝰ: neceſſe eſt vt non ſolum
ea q̄ vicina ſunt. ſed ea etiam que
de lõginquo veniũt vicia fugiamꝰ
Diſcamus igitur penuriã pati: ne
ea q̄ non habemus. habere etiam
cũ culpa requiramꝰ: ne felices pu
temꝰ quos rebꝰ onuſtos cernimꝰ
Nimiũ valde ſunt ea. q̄ ſibi quaſi
in ſũptus vite pñtis ꝓparãt. Mul
ta portant ſed in via breui Mag
na eſt nob̃ in hoc itinere ſocia pau
pertas q̄ animũ nõ anguſtat Cũ
deeſt terrena ſubſtantia de qua cẽ
no iudicii rõnes ponamꝰ. liberius
ad patriam tendimꝰ: quia quaſi
in via pondere caremus Diſcamꝰ
ſaciari: ne in ſumendis alimentis
corporis. gule magꝫ q̄ neceſſitati
ſeruiamꝰ. Plus enim concupiſcenti
a q̄ neceſſitas petit: ⁊ ſepe dũ car
nis inopie ſatiſfacere curamꝰ. vo
luptas ſubrepit: modũ refectionis
excedit. Unde fit vt culpa trãſeat
ad culpã: quia plerũqꝫ inde alia
carnis temptatio naſcitur: dũ car
ni immoderacius in refectione ſeruit
Ex peccato etenim primi hominis
infirmante natura in hoc mũdo cũ
noſtris temptacionibꝰ naſcimur:
⁊ caro nobis aliq̄n adiutrix eſt in
bono opere: aliq̄n aũt ſeductrix in
malum. Si igitur ei plus q̄ de
bemus tribuimus. hoſtem nutri
mꝰ: ⁊ ſi neceſſitati eius que debe
mꝰ non reddimus ciuem necamꝰ
Sacianda itaqꝫ eſt caro: ſed ad
hꝰ uſqꝫ. vt i bono nob̃ opere famulari
ſufficiat. Nam quiſquis ei tantũ
tribuit vt ſuperbiat: ſaciari penitꝰ
ignorat. Ars itaqꝫ magna eſt ſa
ciari: ne vnuſquiſqꝫ per ſacietatem
carnis ad iniquitatem prorũpat
turpitudinis. Diſcamus eſurire:
vt nobis propter habundãtiam ſe
quentẽ noſtra hic inopia placeat:
nec nos ventris neceſſitas ad cul
pam trahat. ne peccatum menti ip
ſa indigentia ſuggerat. ⁊ dũ caro
fame affiatur. ad cupiditatem a
nimꝰ irritetur: et querat cũ culpa
prouidere vnde carni valeat in ne
ceſſitate ſatiſfacere. ne cor in indig
natione ꝓſiliat. et linguã in mur
murationis amaritudinẽ accendat
Qui igitur in carnis ſue inopia ſe
hinc inde circũſpiat. atqꝫ a pecca
ti laqueo cuſtodit: nouit eſurire.
Nos itaqꝫ fratres cariſſimi iram
atqꝫ auariciam in aduerſitate fu
gientes elatioẽm ⁊ immoderata
gaudia in proſperitate declinan
tes: qꝫ per fidẽ. ſpem atqꝫ caritatẽ

interioris vite atriū tribus portis
intrare cōcupiſcimꝰ ⁊ palmas hinc
⁊ inde teneamus. Libet adhuc al
terū ciuem celeſtis patrie ad men
tem reducere ⁊ qualiter hinc inde
palmā teneat demonſtrare. Beatus
etenim iob cū eſſet viris orientali
bꝰ ditior ⁊ e proſpera cuncta ſup
peteret. filij pollerēt. familia creſce
ret. greges exuberarent ⁊ in tanto
omnipotentis dei timore perſtitit.
vt inter cuſtodiam diſcipline. int̄
acta iuſticie. inter multa humilita
tis obſequia. miſericordie operibꝫ
intentus. ſacrificijs offerendis de
ditus. holocauſta domino pro ſin
gulis filijs īmolaret ⁊ ne quis eo
rum ſaltem in corde peccaſſꝫ. Pen
ſemus ergo quanta ei erat cuſtodi
a boni operis ⁊ qui in filijs ſuis ex
piabat ſacrificijs culpas cordis.
Sed ꝙ iuſtus eſſet in proſperita
te iam innotuerat. Valde autem
ignotū erat ſi perſeuerare iuſtꝰ ⁊
inter flagella potuiſſet. Tangen
dus ergo erat verbere ⁊ vt vir ille
ſanctus in proſperis interrogare
tur aduerſis ⁊ et qui notꝰ erat om
nipotēti domino ⁊ notus nobis per
flagella fieret ⁊ ſibimetipſi Diſpo
nente itaqꝫ domino conſumpti ſūt
greges. interfecti cuſtodes ⁊ euerſa
domus. extincti filij ⁊ percuſſa caro
a planta pedis uſꝫ ad verticem ⁊ re
manſit vxor incolumis que verbo
rū iaculis vulnera augeret. Sed
hanc vir ſanctus in temptatione.
ſanus in vulnere prudenter docet
eiqꝫ reſpondit dicens Si bona ſuſ
cepimus de manu domini ⁊ mala
cur non ſuſtineamus ⁊ Amici quoꝫ
qui ad cōſolandum veniūt. ad con
tumelias erumpunt. ⁊ in dolore vul
nerū addunt adhuc vulnera verbo
rum. Immiſericordē dicunt ⁊ rapto
rem nominant. violentū denunci
ant ⁊ oppreſſorem pauperum faten
tur Quid igitur miles dei faceret
inter dolentia vulnera ⁊ amara
verba depreſſus ⁊ Ecce flagella
dei. et verba hominū ſimul affligi
animū ad deſperatioēm premūt.
Sed virtute ſpiritus plenus car
nis vulneribus iacens. mentis ro
bore ſtans ⁊ contra deſperationis
impulſum reduxit ad memoriam
bona q̄ egerat. Quia miſericors
fuerat dicens. Oculus fui ceco ⁊ et
pes claudo. Et rurſum. Pater e
ram pauperum Quia ⁊ diſcipline
cuſtos ⁊ benignus. dicens. Cum
ꝙ ſederem quaſi rex circumſpedan
te exercitu ⁊ eram tamen merenti
um conſolator. Quia humilis fue
rat. dicens. Si contēpſi ſubire iu
diciū cum ſeruo meo ⁊ ancilla me
a ⁊ cum diſceptarēt aduerſum me.
Quia hoſpitalis fuerit fatetur.
Si deſpexi pͤtereuntē ⁊ eo ꝙ nō ha
buerit indumentū. Quia largus
in donis dicit. Si nō benedixerūt
m̄i latera eiꝰ ⁊ ⁊ de velleribꝰ ouiū
meorū calefactꝰ eſt. Quia violen
tus nō fuerit teſtatur dicens. Si
leuaui ſup pupillū manū meam.
cum viderē me in porta ſuperiorem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia de inimici periculo nunq̄ ex
ultauerit dicit · Si gauiſus ſū ad
ruinam eius qui me oderat · Qui
a pacieńs fuerit · ⁊ etiam ſuoꝝ ma
liciam equanimit̄ pertulerit dixit
Si non dixerunt viri tabernaculi
mei ⁝ quis det de carnib9 eius vt
ſaturemur ⁝ Quid eſt ergo q̄d vir
ſanctus tot ſuas virtutes inter fla
gella enumerat ⁝ Quid eſt q̄d ore
ſuo opera q̄ fecerat laudat ⁝ niſi qꝛ
inter vulnera ⁊ verba q̄ hunc ad
deſperationem trahere poterant ·
ad ſpem animū reformat ⁝ Et qui
in proſperitate humilis fuit ⁝ reuo
catis bonis ſuis ad memoriā · in
fract9 in aduūſitate ꝑmanſit · Cui9
enim animū inter tot flagella illa
verba ad deſperationem nō impel
lerent ⁝ niſi ſibi ad memoriā bona
q̄ fecerat reuocaſſet ⁝ Vidit igitur
ſanctus vir mentem ſuam auditis
tot malis ad deſperationem con
cuti ⁝ ⁊ mirabiliter ſtuduit in ſpe
certa ex bonis ſuis actib9 ſolidari
Sic ſic impletur quod ſcriptū eſt ·
In die bonoꝝ ne immemor ſis ma
loꝝ ⁝ ⁊ in die maloꝝ ne immemor
ſis bonoꝝ · Si enim cū bona habe
m9 maloꝝ remiſcimur q̄ aut iam
paſſi ſum9 · ꝗ adhuc pati poſſum9 ⁝
accepta bona mentem nō eleuāt
quia eoꝝ gaudiū timor memorie
maloꝝ premit · Et ſi cū mala ha
bemus bonoꝝ reminiſcimur q̄ aut
iam accepim9 · aut adhuc nos poſ
ſe accipere ſperam9 ⁝ malorū ꝓd9
animū in deſperationem non deꝑ
mit ⁝ quia hūc ad ſpem memoria
bonorū leuat · Si itaqꝫ fratres ca
riſſimi · ⁊ per p̄cepta dominica ⁊ ꝑ
ſanctorum exempla gradimur · vt
nos nec ꝓſperitas eleuet · nec ad
uerſitas frāgat ⁝ habere nos ante
omnipotentis dei oculos palmas
hinc inde monſtramus · Letemur
igitur in eius adiutorio · qui in ſu
is nobis ſequacib9 omnia q̄ prece
pit oſtendit omnipotens redēptor
noſter ⁝ qui viuit et regnat cū pa
tre in vnitate ſpūs ſancti deus ⁝ ꝑ
omnia ſecula ſeculoꝝ Amen ·
Explicit omelia ſeptima · Inci
pit omelia octaua ·

Prophetie verba q̄ lar
giēte dn̄o hodie carita
ti veſtre loquenda ſunt
lectione magꝭ indigēt
q̄ȝ expoſitione · Ea enim in tribus
portꝭ interiorib9 replicantur ⁝ que
ſcd̄o iam vel tercio de exteriorib9
dcā ſunt · pauca verō in earū deſcrip
tione permutantur Vnde neceſſe
eſt ea nos q̄ iam dicta ſunt legen
do traſcurrere ⁝ vt que necdū dicta
ſunt licentius poſſimus enodare ·
Itaqꝫ nūc dicatur · Et porta atrij
interioris in via auſtrali · Et men
ſus eſt a porta uſqꝫ ad portā in via
auſtrali centum cubitos · Et intro
duxit me in atriū interius ad por
tam auſtralem ⁝ ⁊ menſus eſt por
tam iuxta menſuras ſuperiores ⁝
thalamū eius · frontē eius ⁊ veſti
bulum eius hijſdē menſuris ⁝ ⁊ fe
neſtras ei9 · veſtibulū ei9 in circuitu

quinquaginta cubitos longitudi
nis ⁊ latitudinis vigintiquinqꝫ cu
bitos : ⁊ veſtibulum per giꝛum.
Cuncta hec ſuperius dicta atqꝫ ex
poſita eſſe meminiſtis : necdum ve
ro dictum eſt quod de eodem veſti
bulo ſubditur. Longitudinem vi
gintiquinqꝫ cubitoꝛum et latitudi
nem quinqꝫ cubitoꝛū ⁊ veſtibulum
eius ad atrium exterius : atqꝫ ite
rum hoc quod iam ſuperius dic
tum fuerat replicatur cum dicitur
Et palmas eius in fronte. Et ſta
tim quod adhuc dictum non fue
rat ſubditur. Et octo gradus e
rant quibus aſcendebatur ꝑ eam
Hoc quoqꝫ quod de auſtrali poꝛ
ta ſcriptum eſt. de orientali quo
qꝫ poꝛta in eodem oꝛdine narrat̄.
nam protinꝰ ſubinfertur Et intro
duxit me in atriū interiꝰ ꝑ poꝛtā
orientalē. ⁊ menſus eſt poꝛtam ſe
cundū menſuras ſuperiores : tha
lamū eius ⁊ frontem eius et veſti
bula eius ſicut ſupꝛa : et feneſtras
eiꝰ ⁊ veſtibula eius in circuitu. lō
gitudine quinquaginta cubitoꝝ :
latitudine xx. ⁊ quinqꝫ cubitoꝝ. ⁊
veſtibulū eius id eſt atrij exterio
ris : ⁊ palme celate in fronte eius
hinc et inde. ⁊ in octo gradus aſcē
ſus eius Ea quoqꝫ q̄ de poꝛta auſ
trali et orientali dicta ſunt : in eiſ
dem verbis. etiam de poꝛta que ad
aquilonem reſpicit replicatur Nā
ſubdit̄. Et introduxit me ad poꝛ
tam que reſpiciebat ad aquiloēm
⁊ menſus eſt ſecundū menſuras ſu

perioꝛes : thalamū eius ⁊ frontē
eius et veſtibulū eius et feneſtras
eius per circuitū longitudinē quin
quaginta cubitoꝝ. latitudinem vi
gintiq̄nqꝫ cubitoꝝ : ⁊ veſtibulum
eius r̄ſpiciebat in atrium interius
⁊ celatura palmarū in fronte illiꝰ
hinc et inde : ⁊ in octo gradus aſ
cenſus eius. Quid itaqꝫ interiori
atrio quid thalamo quid frontibꝫ
quid veſtibulo. quid feneſtris quid
longitudine ⁊ latitudine. quid pal
marū celatura ſignetur. late iam
ſuperius diximus : nec opoꝛtet vt
in eiſdem iterum. ſed in hijs ſolū
modo que necdū dicta ſunt occupe
mur Nunc ergo querendū nobis
eſt. que iſte tres poꝛte interiores
ſint : vel quid eſt ꝙ earundem poꝛ
tarum veſtibula vigintiquinqꝫ cubi
tis longitudine. ⁊ quinqꝫ cubitis
latitudine metiuntur : vel cur ad
eas non ſeptem ſicut de poꝛtis ex
terioꝛibus dictum fuerat : ſed octo
gradibus aſcenditur Poꝛta enim
atrij interioꝛis que ſuperius dicta
eſt. de hijs tribus poꝛtis interioꝛi
bus non eſt : quia illa contra oriē
tis et aquilonis poꝛtam reſpicere
dicitur. iſte autem ſingule interius
ad auſtrum vel orientem ⁊ aquilo
nem poſite eſſe memoꝛantur. Vn
de recte per illam aditus interioꝛ
deſignatur. qui ſicut precedente
locutione iam dictum eſt vel iu
dee et gentilitati. vel inchoanti
bus atqꝫ in bono perſeuerant
bus vel a bono cadentibus.

ſed pꝰ culpas per penitentiam ſur
gentibus patet. Nunc aūt poſtq̄
ſingule in oriente ⁊ aq̄lone ⁊ auſ
tro porte deſcripte ſunt: cū interio
ris atrij rurſū porte ſingule in auſ
tro ⁊ oriente atq̄ aquilone deſcri
būtur. aſpirante deo magna intē
tione opus eſt ſinū tante profūdi
tatis indagare. Si enim portarū
nomine ſanctos predicatores acci
pimus: ſciendū nobis eſt. quia v
na eſt cc̄ia in predicatoribꝰ teſta
menti veteris ac noui. Porte autē
ſeptē vel octo gradus habent: qui
a ſancti ſpūs ſeptiformē gratiam
concorditer p̄dicant: octauū vero
gradū annūciant retributionis eter
ne. Unde ſcriptū eſt. Da partes
ſeptē necnō ⁊ octo. Quid itaq̄ di
cere poſſumꝰ exteriores portas ni
ſi antiquos patres fuiſſe qui per p̄
cepta legis nouerant opera populi
magis q̄ corda cuſtodire: vt interio
res portas p̄dicatores ſancte ecclē
debeamus accipere. qui ſpūalibus
monitis diſcipulorum ſuorum corda cuſ
todiūt: ne malis q̄ non faciūt vel
in cogitationibꝰ delectentur. Per
illas enim ſeptē gradibus aſcendi
dicitur. iſtarū vero octo gradiū aſ
cenſus eſſe perhibetur: qꝛ ⁊ in ve
neratione legis dies ſeptimꝰ fuit
⁊ in nouo teſtamento octauus di
es in ſacramento eſt. is videlicet
qui dominicus appellatur: qui ter
cius a paſſione. ſed octauus a con
ditione eſt. quia et ſeptimū ſequitur
Si uero portarum nomine ſolos in
telligimꝰ ſanctos apoſtolos deſig
nari: qui videlicet p̄mi nobis ſūt
ſancte eccleſie predicatores: ⁊ fi
dem nos ſpem atq̄ caritatē ſumo
pere tenere docuerūt. Ipſi itaq̄ no
bis in hijs virtutibꝰ porte ſunt:
q̄ nos p̄ eas dē virtutes ad interiorē
intellectū eterne ſapientie p̄ducūt
Sed ſi ipſi exteriores porte ſunt.
quos accipimꝰ interiores? Si ve
ro ipſi interiores ſunt. quos intelli
gimus exteriores? Qua in re ītel
ligi vtiliter p̄t: qꝛ ipſi nob ⁊ exte
riores ſimul ⁊ interiores porte ſūt
Cū enim adhuc inchoantibꝫ non
alta ⁊ miſtica ſ; quedā que capi p̄
ualent p̄dicant. porte exteriores
ſunt: cū vero perfectis profunda ⁊
miſtica loquūtur porte interiores
Videamus qualit̄ porta exterior
pateat. Nō potui vobis loqui q̄ſi
ſpūalibꝰ. ſed quaſi carnalibꝰ: tanq̄
paruulis in xp̄o lac vobis potū de
di non eſcam Videamꝰ qualiter
porta interior pateat. Sapientiā
loquimur inter perfectos. Videa
mus verū ipā eadē ſit porta interi
or ⁊ exterior. Sapientibꝫ ⁊ inſipi
entibꝰ debitor ſū. Qui rurſū dicit
Siue mente excedimus deo: ſiue
ſobrij ſumus vobis. In hoc enim
quod cōtēplando et loquendo ſa
pientibꝰ mēte excedit. porta inte i
or eſt: in hoc vero quod paruulus
ſobriū ſe in p̄dicatione temperat.
⁊ quāta ebrietate ſpūs infūdatur
in mente. cum p̄dicat nō oſtendit
exteriorē portā ſe eſſe manifeſtat.

Ipſi itaq; et exteriores porte nob
ſunt et interiores: qui nos ꝛ in pri
mo aditu fidei ſpei ac caritatis in
ſtituūt: ꝛ cū iam proficientib9 reg
ni celeſtis miſteria predicant. per
ſubtiliorem intellectum nos ad in
teriora perducūt. Unde ꝛ per ſep
tem gradus prius aſcenſus earū
deſcribitur: et poſtmodū per octo.
Per octauum enim gradum illi9
vite miſteria ſignantur. quam in
ſecretis ſuis perfecte intelligūt qui
iam cūcta temporalia mente trāſ
cendere nouerunt: qui preſentem
vitam que ſeptem dierum circulo
voluitur plene deſpiciunt: qui de
intima contemplatione paſcuntur
Habent igitur porte ſpiritualis e
dificij ſeptem gradus: quia timo
rem domini. pietatē et ſcientiam.
fortitudinem ꝛ conſiliū. intellectū
et ſapientiam ſuis auditoribus p̄
dicant. Sed cū iam omnia dimit
ti precipiūt. cū nichil in hoc mūdo
diligi āmonent. nil per affectum
teneri. cum contemplationi celeſ
tis patrie intendi. atq; in eius ſua
dent miſterijs delectari octauum
gradum addunt ꝛ ad interiorā tra
hunt. Iſte gradus docente veri
tate cuidam oſtenſus eſt cui cum
legis precepta dicerentur reſpon
dit. Hec omnia cuſtodiui a iuuen
tute mea. Quaſi enim iam in ſep
tem gradib9 ſtabat. cū a iuuentute
ſua ōnia cuſtodiſſe ſe diceret. Sed
ei mox dicitur. Adhuc vnū tibi de
eſt. Si vis perfect9 eſſe vade ven
de ōnia q̄ habes et da pauperib9 ꝛ
habebis theſaurū in celo: et veni
ſeq̄re me. In quibus verbis octa
uū equidē gradū vidit: ſed aſcen
dere noluit: quia triſtis abceſſit.
Quiſquis itaq; contempt9 rebus
tēporalib9 eternitatis contēplatio
ne paſcitur. celeſtis regni gaudia
rimatur: poſt ſeptē gradus quos
timendo et operādo. atq; intellcū
ſapientie ſue creſcendo tenuit: oc
tauo gradu interioris porte aditū
intrauit Per octauū quoq; nume
rū ꝛ dies eterni iudicij. ꝛ carnis
reſurrectio deſignatur. Un̄ ꝛ pſal
m9 qui pro octaua ſcribitur. a pa
uore iudicij eſt inchoatus cū dicit
Dn̄e ne in ira tua arguas me:
neq; in furore tuo corripias me.
Nūc enim tēpus eſt miſericordie.
in illo aūt iudicio dies ire In quo
videlicet die omē hoc tēpus finiē
quod ſeptē dieb9 euoluit: ꝛ q2 p9
ſeptē dies ſequitur iure octau9 ap
pellatur: in quo et caro nrā reſur
git ex puluere: vt ſiue bona ſiue
mala que egit recipiat a veritate.
Unde per legem quoq; octauo di
e fieri circūciſio iubetur. Nā quia
p membrū quod circūciditur mor
talis ꝓpagatio generatur: decedē
tiū et ſuccedentium numerus au
getur. Sed quia in reſurrectione
mortuorū nec carnis iā propagati
o agetur. ꝛ deceſſio atq; ſucceſſio
nulla erit. q2 neq; nubēt neq; nu
bētur. ſed erūt ſicut angeli in celo
octauo die p̄cipitur ſp̄ualū medi.

Ibi enī iā carnis ꝑpagatio ñ fiet: vbi
resurgēs mō ꝑseuerātiā eternitatꝭ hȝ.
Per h̄ mēbꝝ matˀ vgo descēdit q̄ deū
ī vtrō sine viriˀ carnis admixtioē ꝯce
pit: q̄ pm̄9 nob̄ eterne patē glãz ī sua
resurrectioē mōstrauit. q̄ surgēs a mor
tuis iā nō moritˀ ⁊ mors ei vltra ñ do
minabitˀ: nobisꝫ exēplū dedit vt ca ſi
eri in die vltīo de nrā carne credā9: q̄
fcā de carne illi9 ī die resurrectiōis ag
nouim9 Qȝ qꝛ nob̄ ſmo de carnis re
surrectioē se ītulit. triste nimis ⁊ valde
lugubre ē. q̄ quosdā in ecc̄a stare ⁊ de
carnis r̄surrectioē dubitarē ꝯgnoscim9
Hāc āt ātiq̄ patres vētura ēē certissiē
crediderūt. etꝫ cū nullū adhuc eius de re
surrectionis exēplū tenerēt Qua igitˀ
dānatioē digni sīt. q̄ ⁊ exēplū iā dnice
resurrectiōis acceperūt ⁊ tn̄ adhuc de
sua r̄surrectioē diffidūt: pign9 tenēt. ⁊
fidē nō hn̄t: Ecc̄.as replēt: ſꝫ qꝛ de re
sur rectione sua dubitant: mente vacu
a stāt De hac p beatū iob dꝛ Scio q̄
redēptor me9 viuit: ⁊ in nouissīō die d̄
terra surrectur9 sū: ⁊ rursū circūdabor
pelle mea. ⁊ ī carne mea videbo deū
Quē visurus sū ego ip̄e ⁊ oculi mei ꝯ
specturi sīt ⁊ ñ ali9 Hic p psalmistā dꝛ
In ꝯspcū e9 pcidūt vniūsi q̄ descēdūt
ī terrā In terrā enī mortui ñ spū ſꝫ cor
pe descēdūt In ꝯspcū ḡ dni pcidūt q̄
ī terrā descēdūt qꝛ r̄surgēdo ad iudiciū
veniūt q̄ nūc in puluē putrescūt Hic i
terū dicit Sitiuit ī te aīa mea. q̄ mul
tiplˀ ⁊ carō mea Sitit aīa ut deū vide
at: caro q̄d sitit nisi ut r̄surgat: Hinc
rurs9 ait Auferes spm̄ eoꝝ ⁊ deficiēt.
et in puluerem suū reuertentur. Mox

q̄ de carnis resurrectione subiūgit. E
mittes spiritum tuū ⁊ creabūtur ⁊ re
nouabis faciem terre Hinc iterū dicit.
Exurge dn̄e in requiem tuā tu ⁊ archa
sc̄ificatiōis tue Exurrexit eī dn̄s ī req̄
em suā. cū carnē suā de sepulchro susci
tauit P9 hūc quoꝫ exurgit et archa:
qꝛ ī surgit ecc̄a Hic p eūdē ꝑphaꝫ de q̄
loq̄mur scrptū ē. Ossa arida audite v
bū domini. Hec dicit domin9 deus ossi
b9 hijs Ecce ego ītromittā ī vob̄ spm̄
⁊ viuetꝭ. ⁊ dabo sup vos neruos: ⁊ suc
crescē faciā sup vos carnes. ⁊ superexten
dā in vos cutē et dabo vob̄ spm̄ ⁊ viue
tꝭ. Hic ē q̄d ꝑpha ali9 p resurrectionē
dn̄i hūanū gen9 vidit ī fine suscitari at
q̄ ait Viuificabit nos p9 duos dies:
ī die tercia suscitabit nos: ⁊ viuem9 ī
ꝯspcū e9 Hinc ē q̄ de semetip̄o dn̄s cū
loq̄retˀ adiūxit Nolite mirari h̄: qꝛ ve
nit hora ī q̄ oēs q̄ in monumētis sūt
audiēt vocē e9: ⁊ pcedēt q̄ bona fecerūt
ī resurrectionē vite: q̄ vō mala egerūt
in resurrectioēꝫ iudicij. Hinc paul9 ait
Vn̄ et saluatorē expecta9 dn̄m ihm
xpꝫ: q̄ reformabit corp9 huilitatꝭ nrē
ꝯfiguratū corpi claritatꝭ sue Hic iterū
dˀ Si eī credim9 q̄ ihs mortu9 ē ⁊ r̄
surrexit. ita ⁊ de9 eos q̄ dormierūt p ihꝫ
adducet cū eo Qui rurs9 ait. Primicie
dormiētiū xrist9. Si eī nos a mortis
sōpno ñ surgi9 quō ī resurrectioē dn̄ica
p̄micias habe9: Ecce veteres ac noui
patres vno sibi spū de carnis r̄surrectioē
ꝯcordāt: ecce ip̄a p se veritas p̄us voce
docuit q̄d de r̄surrectiōe carnis p9 mo
cpe demōstrauit. ⁊ tn̄ adhuc q̄rūdā in
fimitas fidē ñ hȝ ⁊ in domo fidei stās.

Sed mirari ſolent qualiter caro reui
uiſcere poſſit ex puluere. Miretur igit̄
altitudinē celi. molē terre. abiſſos a
quarū. omnia que in mūdo ſūt: ipſos
quoqꝫ āgelos creatos ex nichilo. q̄a
min9 valde eſt aliq̄ꝫ ex aliquo facere.
q̄ꝫ ōnia ex nichilo feciſſe. Ipā nob ele
mēta. ipē rerū ſpēs: reſurrectiōis yma
ginē p̄dicāt Sol eni cotidie nr̄is ocu
lis morit̄. cotidie reſurgit. ſtelle ma
tutinis horis nob occidūt. veſpē reſur
gūt: arbuſta eſtiuis tp̄ib9 plena foli
is floribus ac fructib9 videm9. q̄ hye
mali tp̄e nuda folijs florib9 ac fruc
tib9 quaſi arida remanēt: ſꝫ vernali tē
pore ſole redeunte. cū a radice humor
ſurrexerit. ſuo iterū decore veſtiūtur
Cur ergo de hoībus diffidit̄. qđ fie
ri in lignis videt̄. Sed ſepe puluerē
putreſcentis carnis aſpiciūt: ⁊ dicūt
Unde oſſa ⁊ medulle. vn̄ caro vł ca
pilli poterūt in r̄ſurrectiōe repari. Hec
itaqꝫ req̄rētes p̄ua ſemina īgētiū arbo
rū videāt. atqꝫ ſi poſſūt dicāt: vbi in
ris latꝫ tanta moles roboris. tanta
diuerſitas ramoꝝ. tāta multitudo ⁊
viriditas folioꝝ. tāta ſpēs floꝝ. tan
ta vbertas ſaporꝝ: atqꝫ odor fructuū
Nūq̄ꝫ nā ſemina arboꝝ odorem ł ſa
porem habent. quē ipē poſt arbores
in ſuis fructib9 ꝓferūt. Si ergo ex ſe
mine arboris quod videri non poteſt
ꝓdua poteſt. cur de puluē carnis hu
mane diffidit̄. q2 ex eo repari forma
valeat que nō videtur. Sepe autem
obiicere mane q̄ſtiūculā ſolent: qua di
cūt Carnē hoīs lup9 comedit. lupū
leo deuorauit. leo moriēs ad puluerē
redijt. cū puluis ille ſi ſcitatur quomo
do caro hōīs a lupi ⁊ leonis carne
diuidetur. Quibus q̄ꝫ aliud reſpōde
re debemus. niſi vt p̄ius cogitēt qua
liter in hoc mundo venerint: ⁊ tunc
inuenient qualiter reſurgant. Certe
tu homo qui loqueris aliqn̄ in mr̄is
vtero ſpuma fuiſti ſanguis: ibi quip
pe ex patris ſemine ⁊ mr̄is ſanguie
p̄uus ac liquidus globus fuiſti. Dic
rogo ſi noſti qualiter ille humor ſemi
nis in oſſibus durauit. qualiter in me
dullis liquid9 remāſit: qualit̄ in ner
uis ſolidatus eſt. qualiter in carnibus
creuit. qualiter in cute extēſus eſt q̄li
ter in capillis et vnguibus diſtinct9.
ita vt capilli molliores carnibus: ⁊
vngues eſſent teneriores oſſib9. car
nibus duriores. Si igitur tot et tan
ta ex vno ſemine et p̄ ſpecies diſtinc
ta ſunt: ⁊ tamen in forma remanent
cōiuncta. q̄ꝫ mirū ſi poſſit omnipotens
de9 in illa reſurrectione mortuoꝝ car
nē hoīs diſtinguē a carne beſtiaꝝ. vt
vn9 idēqꝫ puluis ⁊ nō r̄ſurgat in quā
tū puluis lupi ⁊ leonis eſt. ⁊ tn̄ reſur
gat in quātū eſt puluis hoīs. Vide
itaqꝫ homo qualit̄ ad vitā veniſti: ⁊
nequaq̄ꝫ dubites. ad vitā qualit̄ rede
as. Cur aūt ratione vis cōp̄hendere
quō redeas. q̄ ignores quō veniſti. Da
potētie creatoris tui: qđ ꝯp̄hendē nō
vales de temet ipſo. Certe eni q2 tu
de terra fact9 es ⁊ terra ex nichilo: tu
es creat9 ex nichilo. Ne ergo de car
nis tue reſurrectione deſperes. atten
de prudent̄ quia minus eſt deo repa
rare qđ erat: q̄ꝫ feciſſe quod non erat.

Sed ſi nō potes reſurrectionis ef
fectū racione cōphendere: perpende
q̄ multa ſūt q̄ non intelligis qua
liter ſint: et tn̄ eſſe non dubitas.
Dic rogo ſi noſti. Situs celi/terre
cardines/aquarū abiſſus vbi ſimi
untur? vbi ſuſpenſi ſūt? Dicimus
aūt quia quod ex nichilo factū eſt
pēdet in nichili. Sz ſi eſt aliquid
q̄d dicitur nichilū: iam nichilū nō
eſt. Si aūt nichil eſt nichilū. nuſ
q̄ mūdi moles dependet: nec eſt v
bi ſit quod creatū eſt vt ſit. Quō
ergo nuſq̄ eſt. quod nouim⁹ qui
a eſt? Sz hec fortaſſe ad te multa
ſūt: ad temetipſū homo reuertere.
Certe ex ſpū es creatus et limo:
vno inuiſibili altero viſibili: vno
ſenſibili. altero inſenſibili. Quō er
go permiſceri in te potuit ſpūs et
lim⁹. atq̃ ex diuerſo fieri res non
diuerſa. ita vt in tanta cōuenienti
a miſceretur ſpūs et lim⁹: vt cum
caro atteritur ſpūs marceat. et cū
ſpūs affligitur caro tabeſcat? Sz
forſan necdū preuales diſcutere
temetipſū. Perpende ergo ſi vales
quō rubrū mare virga diuiſū eſt:
quō petre duricia percuſſiōe virge
vndas emanauit? quō aaron vir
ga ſicca floruit: quō ex eius gene
re veniens virgo concepit. quō et in
partu virgo ꝑmanſit? quō quatri
duan⁹ mortuus iuſſione ſuſcitat⁹
ligatis manib⁹ ac pedibus de ſe
pulchro exijt. quē poſtmodū ſolui
dn̄s per diſcipulos iuſſit: quō iſte
redemptor noſter in vera carne atq̃
oſſib⁹ reſurgens clauſis oſtijs ad
diſcipulos intrauit. Ecce hec in
ueſtigare non vales: et tn̄ credis.
Cur ergo de reſurrectionis glori
a diſputādo et diſcuciendo dubitas
qui tā multa miſteria ſine diſcuſſio
ne credidiſti? Qui tn̄ ſi reſurrectio
nem carnis nō credis. omnia ſine
cauſa credidiſti: quia in hoc ange
loꝝ ſpectaculo videris quidē vel o
cius currere: ſz poſtq̄ curſū perege
ris. ne brauiū accipias auerſaris.
Vnde per paulū dicitur. Sic cur
rite vt cōphendatis. Qui rurſus a
it. Si in hac vita in xp̄o tm̄ ſperā
tes ſumus: miſerabiliores ſumus
oībus hōīb⁹. Diuine aūt virtu
tis miſteria q̄ cōphendi nō poſſūt
non intellcā diſcuciēnda ſunt: ſz ſi
de veneranda. Sciendū itaq̃ nobis
eſt. q2 quicq̄d rōne hūis cōphēdi
pt: mirū eſſe iam nō poteſt. Sz ſo
la eſt in miraculis racio/potētia fa
cientis. Ecce dum de reſurrectione
carnis loq̄mur. ab expoſitionis or
dine paululū digreſſi ſum⁹. Ad ea
ergo q̄ cepim⁹ redeamus. Habēt
aūt interiores porte veſtibula: que
viginti et q̄nq̃ cubitis in longitu
dine metiūtur. Si enim octo ter
ducim⁹. ad viginti et q̄tuor perue
nim⁹. Cui vnus additur: vt xx.
et q̄nq̃ teneam⁹. Auditores eter
ni boni q̄ q̄ſi q̄dā veſtibula ſūt porta
rū. eterne ſpei longanimitatē te
nent: octauū diem in trinitatis fi
de ſuſtinent. Que trinitas q2 vn⁹
eſt deus: octo quidē per tria ducit

ſed in eiuſdem vniꝰ dei confeſſione
ſolidatur. Plana ſūt veſtibula: qꝛ
humilia ſunt corda auditoꝝ bono
rū. Habent longitudinem: quia
in ſpei perſeuerant longanimita
te. Viginti ⁊ quinqꝫ cubitꝭ earum
lōgitudo menſuratur: quia per re
ſurrectionem carnis in octaua per
trinitatē credūt: ⁊ eandē ſanctam
trinitatem vnū deū eſſe fatentur.
Habent quoqꝫ q̄nqꝫ cubitos latitu
dinis: quia per vitam ſimplicem
que quinqꝫ ſenſibus ducitur circa
amorem proximi dilatātur. Et
notandum quia poſtq̄ portarum
veſtibula ſuperius alia dicta ſunt.
poſtmodū veſtibulū qđ quinqꝫ cubi
tis habet latitudinē exteriꝰ reſpice
re dr̄: qꝛ nimirū ſunt auditores a
lij qui ītellectū interioris vite mag
nis virtutibꝰ ꝑficiendo penetrāt:
⁊ ſūt quidā ſimplices q̄ bene quidē
ſ3 iuxta ſenſus corporeos viuūt: vn
de ⁊ exterius reſpicere dicuntur.
Quaſi enim extra reſpiciūt: quia
iuxta ſenſus corporeos viuūt. Sz
tamen et exterius reſpicientes in
tus ſunt. qꝛ ⁊ ſi ſenſus corporeos
intelligendo tranſcendere neſciūt
fidem tamen atqꝫ caritatem ⁊ hu
militatem tenent. Et intus ergo
ſunt in ſpirituali edificio per amo
rem: ⁊ quaſi foris reſpiciūt ꝑ ſim
plicitatem. Poteſt per veſtibulum
quod exterius reſpicit fides incho
antiū deſignari: ⁊ per veſtibulum
qđ eſt interius fides ꝑfectoꝝ. qui
iā per eā in virtutibꝰ creuerūt. Pn̄t
eciam per veſtibulū interius p̄cep
ta altiora: per veſtibulū vero quod
reſpicit exterius p̄cepta adhuc mi
nima figurari. Per veſtibulū quip
pe itur ad gradus ⁊ portā: quia
per p̄cepta p̄dicationis ꝑtingitur
ad virtutes. atqꝫ aditū gr̄e celeſtis.
Cū vero iubetur alijs in cogitati
one ſua eterna meditari celeſtia ſa
pe eiſ3 dicitur in pſalmis p̄nis ⁊
cātica ſpūalibꝰ viuē: quaſi interi
us veſtibulū oſtenditur qđ l. cubi
tis in longitudine ⁊ xxv. in latitu
dine menſuratur. De quibꝰ nume
ris nūc tacemꝰ: quia ex hijs mul
ta iam ſuperius diximꝰ. Cū vero
alijs p̄cipitur vxori vir debitū red
dat. ſimiliter autē ⁊ vxor viro: q̄ſi
veſtibulum quod exterius reſpicit
deſignatur. Quod q̄uis extra reſ
piciat tamen intus eſt: quia rudis
auditor ⁊ adhuc agit qđ carnis
eſt. ⁊ tamen a bonoꝝ numero ali
enus non eſt. Poteſt autē ⁊ per o
la ſubditis tenere. Que tūc recte
ſeruantur: cum nec boū manſuetu
do in zeli feruore amittitur: nec le
onum terror in manſuetudine de
clinatur. Tanta quippe debet eē
diſcrecio: vt nec diſciplina nimia
nec miſericordia ſit remiſſa: ne ſi
inordinate culpa dimittit. is q̄ eſt
culpabilis in reatu q̄uiꝰ aſtrīgat.

ꝙ curſū ſi culpa immoderate retine
tur· tāto qui corrigitur deterioꝛ fi
at· quāto erga ſe nil ex benignita
tꝭ grā agi ꝯſideraret· Exhibēda ita
ꝗ̄ prauis eſt aſperitas in oſtenſi
one· caritas in mente ⁊ vt ⁊ dura
oſtenſio delinquētē corrigeret: ⁊ ca
ritatꝭ cuſtodia mercedē manſuetu
dinis nō omittat Ecce dū loquoꝛ
ioſeph aīm pulſat: vt ad oſtendē
dū q̄ dico ipſe teſtis veniat· Certe
ſompniū qđ de ꝑuentu ſuo viderāt
frīb9 narrās: ꝓ hoc qđ innocēter
retulit· malicie ꝯ̄ ſe ſtimulos excī
tauit· Ab eiſdē frīb9 iſmahelitꝭ eſt
venditus: in egiptū ductus· mira
oīpotentꝭ domini diſpenſatione ei
dē egipto ꝑlatus eſt· Cūq̄ꝫ in ter
ra chanaan fames exurgeret: fra
tres ad egiptū veniūt· ioſeph ꝑla
tum egipto repperūt· eūq̄ꝫ ſumiſ
ſis ad terrā ceruicib9 adorauerūt ⁊
ꝙ mutari dei conſiliū nō valet:
quem ideo vēdiderāt ne adoraret·
adorauerūt qꝛ vēdiderūt· Tunc
ipſe vir dei ſpū diſcretionis plen9
cognouit frēs nō cognitus ⁊ ſꝫ me
moꝛ culpe ⁊ remiſſoꝛ iniurie mala
fratrū nec reddere ſtuduit: nec ſine
purgatione laxare· Nā ſuſpecta
voce ꝑrimus dixit· Exploratores
eſtis vos: vt videatis infirmiora
terre veniſtis Jam nūc experimen
tū veſtri capiā Per ſalutē pharao
nis nō egrediemini hinc O iaculū
in corde· Peregrini venerant· fa
mis periculū fugiebāt ⁊ frumenta
que q̄rebāt nō accepant: ⁊ ſerii

ſe inſuꝑ obiectione criminis vide
bāt· Int̄ hec ducūtur ad carcerē:
et poſt triduū educti adhuc in eadē
aſperitate terrētur· Jā redditur ad
coꝛ iam culpe memoria pulſat ani
mū: atq̄ꝫ inter ſe inuicē loquūtur
Merito hec patimur ⁊ qꝛ peccaui
m9 in frēm noſtrū vidētes anguſti
am aīe illius dū depcaretur nos
⁊ nō audiuim9: idarco venit ſuꝑ
nos iſta tribulatio· In hijs autē
coꝛ ioſeph amore vincitur ⁊ ſeceſſū
petit· ſoluit flendo qđ pietati debu
it: ſeuerus ad frēs reuertiꝰ· vt cru
ciatas eoꝛū aīas a culpa liberet·
Poſt hec vn9 religatur in vinculꝭ
dimittūtur ceteri cū frumentꝭ: vt
vn9 frater veniat· q̄ minimū ſe ha
bere dixerāt· Venit poſtmodū fra
ter· Vincebat mentē pietas cū fra
ter inocēs videretꝰ· ſꝫ ꝑmanebat in
oſtenſioē aſperitas· vt frēs noxij
purgarētur· Frumēta dātur· aīph9
in ſacco iunioris frīs abſcōditur:
furti poſt eos q̄ſtio monetꝰ· mittiꝰ
vt reducantꝰ: addicti in ſeruitutē de
cernitur apud quē cīphus fuiſſꝫ in
uentus in ſacco vltimi frīs inueni
tur· Tūc beniamin reducitꝰ: afflic
ti oēs frēs ſequūtur· O toꝛmēta
miſericoꝛdie: cruciat ⁊ amat Reū
ſi igitur in terrā cū lacrimis ꝓſtra
ti veniā poſtulāt· Memores enim
quid de illo patri ꝓmiſerāt: mero
ri intolerabili tabeſcebāt· Tūc ſe
vltra cohibere non valens pietas
clauſa pꝛoꝛupit ad mediū: ⁊ ex
cuſſit caritatis lacrimas de vultu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeueritate. Deterſa eſt ira que ap
parebat ⁊ non erat: oſtenſa miſeri
cordia que erat ⁊ non apparebat.
Hic vir ſanctus facinus fratrũ ⁊
dimiſit ⁊ vindicauit. ſic in vigore
clementiam tenuit. vt delinquen
tibꝰ fratribus nec ſine vltione pi
us exiſteret. nec ſine pietate diſtric
tꝰ. Ecce hoc eſt magiſteriũ diſcipli
ne: vt culpas ⁊ diſcrete nouerit
parcere. ac pie reſecare. Qui autẽ
ſpiritum diſcretionis non habent.
aut ſic dimittunt peccata vt non
corrigant. aut ſic quaſi corrigẽdo
feriunt vt non dimittant. Doctor
ergo cui diſcipline moderamine lo
qui neceſſe eſt menſam dei eſſe ſe
ſciat. atq; intus labrũ reflectat:
vt quod docendo loquitur hoc ſub
diſcretionis ſpiritu vigilanter ope
retur. Nec ſi quedã ſibi deeſſe con
ſiderat: oportet vt ab eorũ predi
catione conticeſcat. Locus quippe
eius exigit vt loquatur. Verbis
ergo ſuis ſemetipſum conueniat.
et ſi non ideo loquitur quia opera
tur: ideo operetur quia loqui com
pellitur. Vbi itaq; ſe conſpicit ope
re implere quod dicit. ibi auditorẽs
ãmoneat. eorũq; aios ad ſtudiũ
bone operationis accẽdat. vbi au
tem necdũ ſe videt impleſſe quod
loq̃tur. ad bona de q̃bꝰ auditorẽs
ãmonet. ſe quoq; pariter inflãmet
vt ipſe etiam ſimul diſcat in opere
quod per eum loquitur veritas in
predicatione. Sepe enim quod vi
uendo neſcimꝰ. compulſi loco doc

trine loquendo diſcimus. ⁊ dũ de
cognitione rẽe pigricie reatꝰ naſci
tur in mente. eandẽ mentẽ cõpũctio
ſubita ob ea tranſuerberat: et ſua
voce excitata euigilat in ope q̃ pri
us torpebat in ocio ſine voce. Ecce
aũt cũ menſe labiũ palmo reditur
id eſt cũ per doctoris os contra vici
a diſputatur. atq; ad bona opera
cor auditorũ accẽditur: multi qui
eius verba audiũt. quãta vel q̃lia
mala perpetrauerĩt recognoſcũt.
ad eũ confitentes veniũt. eũq; pro
peccatis ſuis interceſſorẽ fieri cum
fletibus petũt: vt ipſe orando dele
at culpas quas predicando mani
feſtat. Unde ⁊ ſubditur. Sup mẽ
ſas aũt carnes oblationis. Docto
res etei ſancti cũ pro cõpũctis pec
catoribꝰ atq; ꝯfitẽtibꝰ oĩpotẽti do
mino preces fũdũt: p hoc q͛ veniã
carnali eorũ vite poſtulãt. menſe
domini carnes oblationis portãt
Ut ergo ſint p quibꝰ ꝯũſis ⁊ flẽ
tibꝰ rogent. oportet vt eis dẽ prius
in peccato poſitꝭ p̃dicẽt: ⁊ cũ iam
repẽtit peccata relinq̃re. atq; ad in
nocẽtiam feſtinare. neceſſe eſt ut er
ga eos in ore doctoris incremẽta
p̃dicationis excreſcãt. ⁊ quibuſdã
doctrine ſue verbis tãto vehemen
tius inſiſtat. q̃nto eos grauius ce
cidiſſe ꝯſiderat: videlicet ſciẽs q͛
ipſe tanto mercedẽ magne remune
rationis accipiat. quãto verbis ſu
is alios de profundioribꝰ peccatꝭ
leuat. Libet inter hec ſancti euan
gelij ad medium verba deducere:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ruius ſacrā hyſtoria per hoc quod
factū miraculū narrat. mira q̄ corḋ
die agunt denūciat. Nam cū feſſi
atq̃ ieiuni ad dn̄m populi cōueniſ
ſent: diſcipulis dn̄s dixit. Miſere
or ſup turbā . q2 ecce iam triduo
ſuſtinent me: nec habēt qḋ mādu
cent. Et ſi dimiſero eos ieiunos
in domū ſuā: deficient in via Qui
dā enim ex eis delonge venerūt.
Triduo turba dn̄m ſuſtinet: quā
do multitudo fideliū peccata q̄ ꝑpe
trauit per penitētiā declinans. ad
deū ſe in opere in locutione atq̃ in
cogitatione ꝯuertit. Quos dimit
tere ieiunos in domū ſuā dn̄s non
vult ne deficiant in via. q2 videli
cet ꝯuerſi peccatores in pn̄tis vite
via deficiunt: ſi in ſua conſcīa ſine
doctrine ſcē pabulo dimittātur Ne
ergo laſſētur h9 ꝑegrinatiōis iti
nere: paſcendi ſūt ſacra āmonitio
ne. Valde aūt pēſanda eſt pia ſen
tēcia: q̄ proceſſit ex ore veritatꝭ q̄
dicitur. Quidā enim ex eis delon
ge venerūt. Eſt āt qui nichil frau
dis ⁊ nil carnalis corruptionis exꝑ
tus ad oīpotētꝭ dei ſeruiciū feſtina
uit. iſte de lōginquo nō venit: q̄a
ꝑ incorruptiōem ⁊ inocentiā prox
im9 fuit. Ali9 nulla impudicicia | nt
lis flagicijs inq̄natus: ſolū autē
ꝯiugiū expertus ad miniſteriū ſpū
ale cōuerſus eſt. Neq̃ iſte venit
de lōginquo: q2 vſus ꝯcūcione cō
ceſſa per illicita nō errauit Alij re
co p9 carnis flagicia. alij p9 falſa
teſtimonia. alij p9 facta furta. alij
poſt illatas violentias. alij p9 per
petrata homicidia. ad penitētiā re
deūt: atq̃ ad oīpotētis dei ſeruiciū
ꝯuertūtur. Hij videlicet ad do
minū de lōginquo veniūt. Quāto
eteni quiſ plus in prauo ope er
rauit: tāto ab oīpotēti dn̄o lōgi9
receſſit. Nā ⁊ ꝓdigus filius q̄ pa
trē deſeruit. abijt in regionē lōgin
quā . in qua porcos pauit: q2 vicia
nutriuit. Dentur igiē alimenta e
is etiā qui de lōginquo veniūt. q2
ꝯuerſis peccatoribus doctrine ſcē cibi
ꝑbendi ſūt: ut in deū vires reparēt
quas in flagicijs amiſerūt. Qui
ſepe a doctoribus tāto neceſſe eſt ut
largioribus cibis doctrine ſacientur
q̄to feſſi maioribus vicijs venerīt
⁊ cū iam ꝯfiteri ceperīt mala q̄ cō
miſerūt. atq̃ ꝯfitēdo relinq̄re. ⁊ fle
tibꝫ punire: neceſſe eſt vt doctores
ſcī pro eorū peccatꝭ ſolliate exorēt
q̄ten9 menſe domini carnes obla
tionis portēt Ad quoq̄s agunt
in hoc qḋ pro alienis peccatꝭ inter
ueniūt. ſua ante dei oculos āpli9
detergunt. q2 in ea ipā caritate ſe
iuſtificāt: qua mira pietate ꝓ alie
nis iniq̄tatibꝫ ſe in lamentis mac
tāt. Nec laborioſū debet eſſe doc
tori ꝓ ꝯuerſis peccatoribus lacri
mas fūdere. qn̄ ⁊ ipē qui oīa crea
uit hō̄ factus ꝓ nr̄is iniq̄tatib9 in
cruce ſanguinē fudit: qui viuit et
regnat cū patre in vnitate ſpūs ſcī
deus. ꝑ omnia ſclā ſeculorū amen
¶ Expliat omelia nona. ¶ Inci
pit omelia decima.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sacri eloquij miſticos
ſenſus propheta per
aſpiracionem ſancti ſpi
ritus prudenter intelli
gens dicit · Mirabilia teſtimonia
tua domine ideo ſcrutata eſt ea a
nima mea · Qui rurſus ait · Re
uela oculos meos: et conſidera
bo mirabilia de lege tua · Qui e
nim necdum occulta de apertis
intelligit · oculos velatos habet
qui vero iam intelligit reuelatos ·
Et mirabilia de lege dei ↄſiderat
qui ſpūaliter lr̄e verba diſcuciens ·
q̄ interius magnitudo lateat p̄ſat
An non eſt mirabile q̄n aliud auri
b9 ſonat: atq₃ aliud exit ad intel
ligentiā quod non ſonabat? Cui
ergo verbū ſacri eloquij niſi lapi
di ſimile dixeri͞ i quo ignis latet?
Qui manu quidē frigid9 tenetur
ſed percuſſus ferro per ſcintillas e
micat: atq₃ hoc emittit ignem qui
poſt ardeat · qd̄ prius man9 frigi
dū tenebat · Sic etenim ſic ſūt ver
ba ſacri eloquij · que quidē per nar
rationem lr̄e frigida tenentur: ſed
ſi quis hec aſpirante dn̄o intento
intellcū pulſauerit de miſticis ei9
ſenſib9 ignem producit: vt in eis
verbis poſt anim9 ſpūaliter arde
at q̄ per lr̄am prius ip̄e quoq₃ fri
gidus audiebat Ecce eteni͞ ꝓpha
dicit · Et ex̄ portā interiorē gazo
philacia cantoꝝ in atrio interiori
qd̄ erat in latere porte reſpicientis
ad aquiloēm: et facies eoꝝ ↄ̄ viā
auſtralem · vnā ex latere porte ori
entalis q̄ reſpiciebat ad viā aq̄lo
nis · In hijs itaq₃ verbis lr̄e ad a
morē dei cui9 anim9 inferueſcat?
q̄n pocius quis nō ex ip̄a eoꝝ lcō
ne tepeſiat? Si aūt latens in lr̄a
ſpūalis medulla diſcutitur: ꝑ hec
ſcintille intellcūs exeūt et incēdūt
qd̄ prius cordis auribꝰ frigidū
ſonabat · Nobis tamen vt ſe aſpi
rante dn̄o interior intellcūs apiat
ipſa prius narracio iuxta lr̄am pa
tefiat · Ait eni͞ · quia porta erat in
terior atq₃ extra hanc atriū quod
appellatur interius: ac deinde ali
e · i · aquilonis auſtri atq₃ orientis
porte deſcribūtur: ut ip̄m atrium
quod eſſe ex̄ portā interiorem dix
erat · a portis exterioribꝫ eſſe inte
rius oſtendat · Atriū ergo hoc et fo
ris et intus eſt · Foris quia ex̄ por
tam iteriorem: intus aūt quia in
tra portas exteriores · Gazophi
lacia quoq₃ cantorū eſſe in hoc eo
dē atrio narrātur: q̄ a latere porte
poſita dicitur reſpicientis ad aqui
lonem: ſed ip̄a eadem gazophila
cia ad auſtralē viam reſpiciūt · Et
ſubditur · Ex latere porte oriental
que reſpiciebat ad viam aquiloīs
In quibus verbis aperte intelligi
tur · quia cantoꝝ gazophilacia in
ter latus porte reſpicientis ad aq̄
lonem · et latus porte orientalis
fuerant poſita · que porta videlicet
reſpiciebat ad viam aquilonis ·
Facies itaq₃ gazophilacioꝝ cōtra
viam auſtralem: ſed poſitio inter
portam erat orientis et aquilonis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Porta ergo interior · habebat ex
latere portā aq̄lonis: ex alio quo
qꝫ latere portā auſtralē· In fronte
vero veſtibuli orientalis porta ſur
reperat: atqꝫ ſic erat atriū ex̄ por
tā interiorē· vt hec quoqꝫ eſſꝫ interi
us portis q̄ illud exterius ābiebat
Hec de v̄bis lr̄e ſub breuitate trāſ
curim9· vt in eis ſenſus miſticos
nō breuiter exq̄ram9· In pte āt
ſupiori tres porte deſcripte ſūt·i·o
rientis aq̄lonis & auſtri: moxqꝫ i
terioris atrij tres alie narrate·i·
auſtri orientis ⁊ aq̄lonis: ac dein
de porta atrij iterioris dcā eſt· in
qua menſe de q̄dris lapidibus ex
ſtructe memorātur· ⁊ porta q̄ reſpi
ciebat ad aq̄lonē in qua mēſe eſſēt
ad ſacrificiū nō ad holocauſtū· Vn
de in iteriori dixim9 ſignificari ec
cleſiā: in exteriori ſynagogā· Ꝺꝫ
hijs expletis curſū propheta inci
pit interiorē portā· atqꝫ tres alias
id eſt aq̄lonis auſtri & orient̄ de
ſcribere: & in earū atrio interiori·
qd̄ erat ex̄ portā interiorē eſſe ga
zophilacia| cātores| ſacerdotes| tē
plum| altare ⁊ ſacrificia perhibet·
In quib9 verbis qꝛ de ſcē ecclie in
ſtitutione narrare alia ab eis que
prius dixerat cepit: patet ꝙ inte
rioris porte intellectū mutauit· Si
enim ſub vno intellcū oīa diceret
nouo ordine· ipā atqꝫ alia non re
plicaret· Nā quō poſſum9 ex̄ por
tā interiorē atriū gazophilacia cā
tores ſacerdotes tēplū altare ſacri
ficia dicere: ſi ꝑ eandē portā interio

re hoc loco ſancta eccīa deſignat̄:
Cū enim cūcta hec intra ipāꝫ ſint
quō ex̄ portā interiorē ſūt ſi extra
eccīaꝫ non ſūt: Intelligi ergo por
ta interior p̄t ea de qua iā longe
ſuperi9 locuti ſum9· q̄ cōtra portā
aq̄lonis ⁊ orientalē dr̄ poſita: per
quā figurari dixim9 aditū qui nob̄
ad interiorā gaudia patrie celeſtis
apit̄: vt hic quoꝫ ꝑ portas q̄ circa
veſtibulū narrātur| ſcā eccīa· ꝑ por
tā vero interiorē celeſtis regni adi
tus figuret̄· Ꝺꝫ ne q̄s me v̄ba ſcā
ſpūs exiſtimet ad itellcm̄ meū vio
lēt̄ infleccē· ⁊ dicat qꝛ de porta itē
riori ſigſficatioēm ſcē ecc̄e quā ſemel
dixi mutare nō debui: infulgente
oīpotētis dei grā que cepim9 ipſa
teneamus: vt ⁊ porta interior ſig
net eccīaꝫ q̄ nos ad interiora gau
dia ꝑducāt: & gazophilacia canto
res ſacerdotes tēplū altare ſacrifici
a ſint in atrio qd̄ eſt ex̄ portā: &
tn̄ ex̄ eccīaꝫ nō ſint Si eni ſubtili
inueſtigatione ꝑq̄rim9: nichil ob
ſtat itelligi· ut interiorē portā ſicut
dictū eſt ſcām ecc̄iaꝫ ſenciam9· De
qua nūc dr̄ Extra portā interiorē
gazophilacia cātorū in atrio inte
riori· Duo ſūt etenim que dicūtur:
porta interior atqꝫ ex̄ hāc atriū in
teri9: q̄ten9 hoc ipm̄ atriū & exte
ri9 ſit et interi9: exterius a porta
interius aūt ſicut p̄diximus a por
tis quas narrando ſubiūxit· Scā
eni eccīa duas vitas habet: vnā
quā tempalit̄ ducit· aliā quā inet̄
nū recipit: vnā q̄ laborat in terra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliam qua remuneratur in celo⁊ v
nam qua mercedes colligit · aliā
vero in qua iam de receptis merce
dibus gaudet: atqꝫ in vtraqꝫ vita
offert ſacrificiū⁊ hic videlicet ſacri
ficiū compūctionis; ⁊ illic ſacrifici
um laudis De hoc ſacrificio dicī ·
ſacrificiū deo ſpiritꝰ ꝯtribulatꝰ;
de illo autē ſcriptū eſt · tunc accep
tabis ſacrificiū iuſticie · oblaciones
⁊ holocauſta · De quo rurſus ait ·
Vt cantet tibi gloria mea: ⁊ non
compūgar · In vtroqꝫ aūt ſacrifici
o carnes offerūtur · quia hic obla
cio carnis · eſt maceracio corporꝭ;
ibi oblatio carnis · eſt in laude dei
gloria reſurrectionis · Tūc quippe
illic q̄ſi ī holocauſtū offerēt cū⁊ qn̄
in eterna incorrupcōē ꝑmutata nil
ꝯtradictiōis nil mortalitatꝭ habu
erit · qꝛ tota ſiē amoris eiꝰ ignibꝰ
accēſa · ī laude ſine fine ꝑmanebit
Porta ergo hec interior · i · ſcā ecc̄a
habeat interiora ſua · illā videlicet
vitā que adhuc oculis noſtrꝭ occul
ta eſt; habeat eꝫ eam atriū exteri
us id eſt vitā preſentē⁊ in qua om
ne bonū agitur; vt ad bonū ſine fi
ne ꝑueniatur Sint ergo in interi
ori atrio quod tū eꝫ portā eſt ga
zophilacia cātorꝫ⁊ qꝛ electi quiqꝫ
atqꝫ ꝑfecti qui adhuc in carne mor
tali ſubſiſtūt · ⁊ intra ſinū ſancte ec
cleſie ſūt; ⁊ adhuc eꝫ ſecreta gau
dia interioris vite · Sunt gazophi
lacia cātorꝫ interiꝰ ⁊ exterius⁊ qꝛ
corda ſanctorꝫ q̄ omnipotēti deo de
ſideriū ſuū ꝑ magni ardoris amo

re cantāt ⁊ iā intus ſunt · ⁊ adhuc
intus nō ſūt; qꝛ in ſcē eccīe ſinu po
ſita ⁊ iā vidēt ꝑ ſpm̄ qḋ intus for
tiꝰ amēt · ⁊ tū adhuc nō vidēt ꝑ
ſpēcie qḋ ament · Sunt itaqꝫ in inte
riori atrio gazophilacia ſꝫ eꝫ por
tā⁊ vt iam ⁊ ītus ſint per deſideri
um; ⁊ adhuc intꝰ nō ſint ꝑ plena
riū effectū Quid ſūt aūt gazophi
lacia cātorū niſi ſcā deſideria amā
ciū⁊ qui ꝑcepta diuina q̄ſi quaſdā
diuicias cuſtodiūt in mente · quas
cantando ſeruant · qꝛ mandata dei
nō ex timore · ſꝫ ex amore ꝑficiūt⁊
Cantare quippe eſt gaudētis · Et
eis ipē ſacri eloquij ꝑceptōnes cā
tabiles fiūt; quas nō ex triſticia ·
ſꝫ ex deſiderio ſemꝑ opanē Vultꝭ
cor iuſti q̄ſi cuiuſdā cantoris gazo
philaciū audite⁊ Cātabiles michi
erāt iuſtificationes tue; in loco in
colatꝰ mei · Juſtificationes dei di
cimꝰ ꝑcepta diuina; q̄ nos iuſtos
faciāt ſi impleantur · Que tunc no
bis in loco incolatus noſtri canta
biles fiūt · quādo in hac peregrina
tione vite preſentis ipā eadē man
data diligimus; ⁊ ex deſiderio im
plemꝰ · Hinc eſt ꝙ iſdem pſalmiſ
ta iterum ex cantorꝫ gazophilacio
ſe eſſe inſinuat qui ait · Miſericor
diam ⁊ iudicium cantabo tibi do
mine · Miſericordiam domini qua
pcā laxātur cātare eꝫ peccator de
bet · i · hāc cum gaudio dicere atqꝫ
ſperare Sed q̄s ita iuſtꝰ eſt · vt eꝰ
ſibi eternū iudiciū ante mentꝭ ocu
los reuocet ⁊ non contremiſcat⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ac poſcās venire ad illud examen
tanti iudicis preſumat? Feſtinet ꝛ
gaudeat. Quiſquis ille eſt. mag
nꝰ eſt: qꝛ iam miaꝫ domini ꝛ iudi
ciū cātat. Cantat quippe iudiciū:
ad qđ intrare non trepidat. Sit er
go mens illius gazophilaciū can
torꝫ: vt per diuicias mie quas ac
cepit. letus ꝑgat ad iudiciū quod
iam nō pertimeſcit. Videamus ſi
placet fr̄es kmi aliud quoꝫ gazo
philaciū cantoris: forſan et ipſe iu
diciū cātat. Quid enī dicit? Ego
enī iā delibor. ꝛ tēpus mee reſolu
onis inſtat. bonū certamē certaui
curſū conſūmaui. fidē ſeruaui: de re
liquo repoſita eſt m̄ corona iuſticie
quā reddet m̄ dn̄s in illa die iuſtꝰ
iudex. Qui laborū ſuorꝫ cōſcius.
memor certaminis qđ egit. memor
fidei quā ſeruauit. eſſe ſibi m̄ iudici
o repoſitā coronā dicit. eāqꝫ ſibi in
illa die reddi ſperat poſciꝰ ꝙ dona
ri: profecto patet qꝛ iudiciū cātat
qđ venire deſiderat. Unde ecīā ſub
dit. Nō ſolū aūt m̄: ſꝫ ꝛ hijs qui
diligunt aduentū eiꝰ. Nemo enī
aduentū iudicis diligit: niſi qui ſe
habere cāꝫ ī iudicio bonā nouit. Eo
rū ergo corda qui aduentū iuſti iu
dicis diligunt gazophilacia canto
rū ſūt: qꝛ ꝑ p̄ſūptioēm grē ꝛ vite
ꝑ virtutes ſcā deſiderij cātant iuſti
iudiciū. qđ oms iniuſti ꝑtimeſcunt
Meminit aūt caritas veſtra: qꝛ ſu
periori locutione ꝑ portā orientis fi
dem. ꝑ aq̄lonis ſpem. ꝑ auſtri aūt
caritatē diximꝰ deſignari. Hec ita

qꝫ gazophilacia inter portā orien
tꝭ ꝛ aq̄lonis eſſe memorātur. at
qꝫ ad viā auſtralē reſpicere: qꝛ cor
da ſcōrꝫ inter fidē ꝛ ſpem poſita ad
auſtralem viā reſpiciunt: q̄ ſcē cari
tatis ignibꝫ iardeſcūt. Ipſa quoqꝫ
orientalis porta reſpicere dꝫ ad vi
am aq̄lonis: qꝛ nobis ꝑ fidē qui
dē oīa in baptiſmate peccata laxā
tur: ſꝫ tamē dū adhuc hic viuimꝰ
ecīā poſt fidē ſepius ad peccata de
clinamꝰ: ꝛ q̄ſi orientꝭ porta viā a
q̄lonis reſpicit: cū vita nr̄a poſt ꝑ
ceptā fidē. adhuc aliq̄tenus in fri
gore culpe torpeſcit. Quis enī in
hac vita valeat poſt fidē ſine culpa
viuere: cū iohēs dicat. ſi dixerimꝰ
qꝛ peccatū nō habemꝰ ipſi nos ſe
ducimꝰ ꝛ veritas in nobis nō eſt.
Cuiꝰ verbis iacobꝰ concordans ait
In multis enī offendimꝰ oms.
Si autē peccata p̄terita in fidei ꝑ
ceptione dimiſſa ſūt. ꝛ adhuc poſt
fidē ad peccata declinatꝰ: q̄ nobis
erit p̄ſūptio iuſticie. que ſpes vite
ꝑmanentis: niſi vt nūc dū adhuc
inter portā orientis ꝛ aq̄lonis ſu
mus. ad viā auſtri mentis oculos
leuemus: quatenꝰ ex ſcā caritate
feruentes calor nos amorꝭ liberet
a culpa teporis ꝛ frigoris. Sint
ergo gazophilacia intˀ portā orie
tis ꝛ aq̄lonis: ſꝫ ſicut dictū eſt ad
auſtralem viā facies intēdant: vt i
ter hec qđ nati ſumꝰ i fide et qđ pꝰ
ad peccata delapſi de ſpe pietatꝭ
p̄ſumamꝰ. exerceamꝰ nc ſmetipoſ
in ardore caritatꝭ: et ibi tendamus

calos cordis vbi accendamur ig
nibus amoris. Poteſt autem per
aquilonis portam gentilitas. per
auſtri viam iudea; per orientꝭ au
tem portā dn̄s ipſe deſignari. Per
aquilonē quippe non īmerito gen
tilitas figuratur; quā ille in torpo
ris frigore poſſidet qui dixit. Se
debo in monte teſtamenti; in late
ribus aquilonis. Per auſtralem
quoꝫ portam recte iudea accipitur
in qua ſpirituales patres celeſti a
more ferbuerūt; quoꝝ vnꝰ loqui
tur dicens Conuerte domine cap
tiuitatem noſtram; ſicut torrēs in
auſtro. Que et ſi carnalem popu
lum habuit in quo velut aquilōis
frigora portauit; in ſanctis tamē
ſuis doctoribꝰ ac prophetis ad de
um ac proximū calore caritatꝭ ar
ſit. Orientalis aūt porta non im
merito ipſum ſignat; de quo ſcrip
tum eſt. Ecce vir; oriens nomen
eiꝰ. Et de quo zacharias ait. Vi
ſitauit nos oriens ex alto. Sunt
ergo gazophilacia cantorū ex la
tere porte aquilonis; quia non ſo
lū in iudea fuerunt corda ſanctorū
ſpūaliter accenſa; ſed etiā in genti
litatis multitudine ad ſancte fidei
ſacramenta conuerſa Ardēt corda
ſcōꝝ amoē celeſtis patrie inhiant
gaudiis eternis. ſuſpirāt ad ſocie
tatem ſuoꝝ ciuiū in celo; ſꝫ tamen
exempla hꝰ ardoris quē dono ſā
ſpūs acceperūt. a ſpūalibꝰ patribꝫ
ſynagoge capiūt. Vnde ipā quoꝫ
gazophilacia et in aquilonis late

re poſita oculos ad viam auſtralē
tendunt. Ecce enim ex gentibus
venimus; ſed in hoc ꝙ per ſancti
ſpiritꝰ amorem caleſmus; iudee pa
tres aſpiamus; qui nobis in ſuis
dictis cotidie ſancti deſiderii exem
pla prebent. An non quaſi calore
meridiani feruoris ardebat qui eſ
tuabat dicens. ſicut ceruus deſide
rat ad fontes aquarū ita deſiderāt
anima mea ad deum viuū; quan
do veniam et parebo ante faciem
dei; Cui rurſus ait. pſallam et in
telligam in via īmaculata; quan
do venies ad me. Hoc quoꝫ ardo
re ſuccenſus fuerat. qui dicebat.
Nūc dimittis ſeruū tuū domine.
ſecundū verbū tuū in pace. quia vi
derūt oculi mei ſalutare tuū. Qui
a ergo ex gentilitate venimꝰ. ſed
ſanctos iudee patres nobis in diui
ni amoris imitatione proponimꝰ
quaſi quedā cantoꝝ gazophilacia
ex latere porte q̄ viā aq̄lonis reſpi
at ſumꝰ; ſꝫ ad viā auſtri facies te
nemꝰ Et notandū ꝙ hec eadē ga
zophilacia inter portā aquilonis
et orientis eſſe perhibentur; quia
pꝰ incarnationē dominicā multitu
do gentiū ad fidē venit; atqꝫ inter
ipōs fideles populos et ſacramēta
dominice incarnationis q̄ medulli
tꝰ diligūt. corda amantiū ſurgūt
Habeant ergo ſcā gazophilacia hinc
orientꝭ portā. et inde aquilonis;
quia inter ipā redēptionis ſue miſ
teria q̄ ſequūtur. et carnales quoſ
dā quos intra ſanctā eccl'iaꝫ tolerāt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multi in deū forti amore proſiciūt
virtutib9 excreſcūt. eterni iudicis
aduentū q̄rūt: ⁊ inter ea q̄ amāt
atq; illa q̄ tolerāt quaſi quedā ga
zophilacia diuicias ſpūs in mente
ſeruant. nec inter ſacramenta que
diligunt ⁊ q̄ iam ḡr̄a portāt de ſi
ciūt: q2 ad auſtralem viā facies in
tendūt. Quid enim patimur. qđ
patres nr̄i p amore dn̄i ātea nō p
tulerūt. Notādū vero q̄ int̄ portā
auſtri ⁊ aq̄lonis orientalis porta
eſſe deſcribitur. q2 dn̄s ac redemp
tor noſter de iudea nat9 eſt. mox
q3 in fide ſua etiam ex gentibus
traxit. Quaſi enī inter meridianā
portā ⁊ aq̄lonis apparuit. qui ex
illa venit: ⁊ iſtā in ſuo ſeruicio ꝯiū
xit. Vn̄ et bene dicitur qđ porta e
ađe orientalis ad viā aq̄lonis reſ
piciat. q2 natus dn̄s ſynagogā de
ſeruit: et multitudinē gentiū colle
git. Notandū quoq; eſt. q̄ dū de
gazophilacijs diceret. ⁊ facies eo
rū ad viā auſtralē additū eſt vna.
vt videlicet apte ſentiam9. q2 non
alia eſt via ad celeſtem patriā no
bis qui ex gentilitate venim9. atq;
alia illis patrib9 q̄ fuerūt in iudea
ſ3 hec eadē vna via eſt nobis ⁊ il
lis: q̄ nos ad eterna gaudia pdu
cit. q̄ nobis per euangeliū dicit. e
go ſū via veritas ⁊ vita. ⁊ de qua
pſalmiſta ait. vt cognoſcamus in
terra viā tuā. in omnib9 gentib9
ſalutare tuū. Qđ enī hebraice eſt
iheſus: hoc latine dr̄ ſalutar̄. In
terra ergo via cognoſcitur. q2 ihe
ſus deus ante ſecula. ⁊ hō factus
in fine ſeculoꝝ. gentibus eſt manī
feſtatus. Vna eſt ergo via ⁊ illis
qui ab auſtro ſūt. ⁊ hijs qui ab a
quilonis parte reſpiciūt. q2 et cū
iudeis ⁊ gentib9 domin9 ac redēp
tor noſter expulſa pena formidis
ad patrē fact9 eſt iter amoris: at
q; adiutoriū puentiōis. Et dixit
ad me. Hoc eſt gazophilaciū qđ
reſpicit viam meridianā ſacerdotū
qui excubāt in cuſtodijs tēpli. Atq;
mox ſubditur. Porro gazophilaci
um qđ reſpicit ad viā aq̄lonis ſa
cerdotū erit. qui excubāt ad miſte
riū altaris. In quib9 prophete v
bis prius nobis q̄rendū eſt q̄ ſint
maioris ordinis ſacerdotes. vtrū
hij qui in cuſtodijs excubāt tēpli.
an hij qui in miſterio altaris. Sz
q2 paulopoſt ſubdit. altare erat an
te faciē templi: apte oſtenditur il
los eſſe maioris ordinis ſacerdo
tes qui in cuſtodijs tēpli excubāt.
q2 profecto altari qđ eſt interius mi
niſtrant: hij aūt qui ad altare qđ
ante faciē templi eſt excubāt tāto
inferiores ſūt quāto exteriorib9 mi
niſtrāt. Querēdū ergo nob eſt qui
ſacerdotes ſint qui tēplū cuſtodiūt
⁊ qui ad miniſteriū altar̄ excuba
re phibetur. Magiſter enī gentiū
fidelib9 ſcribēs ait. Templū do
mini ſcm̄ eſt: quod eſtis vos. Qui
itaq; ſacerdotes ſūt qui tēpli excu
bias cuſtodiūt. niſi hij qui orando
pdicādo ſpūalib3 actib9 inuigilādo
ſcām etiaz a malignoꝝ ſpirituū

immiſſionibꝰ ꝑuacoꝝ ſuaſionibꝰ
ab hereticoꝝ erroribꝰ defendūt.
An non cuſtos tēpli fuerat. qui la
bores ſue paſſionis enumerās di
cit. In labore ⁊ erūpna. in vigilijs
multis. in fame ⁊ ſiti. in ieiunijs
multis. in frigore ⁊ nuditate. Ac
q; ſtatim ſubdit. Preter illa que
intrinſecus ſunt. inſtantia mea co
tidiana. ſollicitudo omniū eccleſia
rū. Penſate queſo. cuſtos templi
quanta ſollicitudine vigilet. Ecce
enim in ſeipſo ineſtimabilia patiē.
⁊ cordis ſui ſollicitudinē alijs ipti
tur. Cuiꝰ rogo virtutis eſt plus
de vtilitate proximorum ꝙ̄ de ſua
afflictiōe cogitare. Quis hoc dig
ne eſtimet. quis digne penſet. La
borat. luget. eſurit. ſitit. algit. ie
iunat. vigilat. ⁊ tamen vigilādo
de eccleſiarū omniū ſollicitudine
cogitat. Ecce eſt ſollertiſſimꝰ cuſ
tos templi in exemplo propoſitꝰ
imitetur qui valet. Aduerſa etnī
pro veritate pati. bona proximis
impendere. circa animarū ſollicitu
dinem vigilare. ne quis in perfidi
a. ne quis in ſuꝑbia. ne quis in ra
pina vel immūdicia labatur exqui
rere atq; conſpicere. hec eſt templū
dei id eſt ſanctam eccleſiam cuſtodi
re. Sūt autem minoris ordinis ſa
cerdotes qui ad miniſteriū altaris
excubāt. qui videlicet in adiutori
o maiorū peccata delinquētiū ſub
tiliter inueſtigant. ⁊ vitam carna
liū corrigūt. atq; ad hec vſq; ꝑducūt
vt per lamenta penitētie quaſi in
cendant carnem in ſacrificio. quam
prius viuere permiſerant in pecca
to. Non enim hij qui ſanctis eccle
ſijs preſunt per ſemetipſos cuncta
agere preualēt. ſed dū ipſi cauſis
ſpiritualibus occupātur. ſi qua pra
ua et carnalia perpetrātur. hec a
lijs diſcutienda atq; corrigenda cō
mittunt. per quos dum carnalis
vita corrigitur. ⁊ vſq; ad abſtinen
tie atq; orationis ſtudiū a proficī
entibus peruenitur. quaſi in alta
ri iam caro incenditur. vt in con
ſpectu omnipotentis domini inde
ſacrificiū redoleat. vnde prius cul
pa diſplicebat. Sed hac in re q̄ſtio
oritur. cum ſuperius dictum ſit ꝙ
gazophilacia ad auſtralem viam
facies haberent. qua ratione nunc
dicitur quia gazophilacium quod
reſpicit viam meridianam ſacerdo
tum eſt qui excubant in cuſtodijs
templi. ⁊ gazophilacium quod reſ
picit viam aquilonis ſacerdotum
qui excubāt ad miniſteriū altaris.
Si enim vtraq; facies ad auſtra
lem viam tendebant. quomō nūc
vnum ad meridianam atq; aliud
ad aq̄lonis viam reſpicere dicitᷣ.
Sed in hijs verbis agnoſcimus.
ꝙ gazophilacium ſacerdotum qui
excubāt in cuſtodijs templi ita po
ſitum fuerat. vt ſolam meridianā
viam reſpiceret. gazophilaciū ve
ro ſacerdotū qui excubāt ad miſteri
ū altaris ita erat in atrio. ut ⁊ auſ
tralē viā ⁊ aq̄lonis faciē intenderet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quatenus ꝛ cū gazophilacio ſacer
dotū qui excubāt in cuſtodijs tēpli
meridianā viam aſpiceret: ⁊ tñ ſi
ne gazophilacio coꝛūdē ſacerdotū
aq̄lonis viam videret. Sed quid
eſt hoc frēs kmi? Quid in hijs v
bis miſticū poſſumus intueri? niſi
hoc qđ ſcđm ea q̄ premiſſa ſūt iā
ſpūalis auditoꝛ intelligit. qꝛ ſacer
dotes maioꝝ oꝛdinis qui excubāt
in cuſtodijs tēpli ſolam meridianā
viā reſpiciūt: qm̄ ſolis ſtudijs ſpū
alibus occupati. ſemper hijs que
amoꝛis dei ſūt ſollicite intendunt.
Sacerdotes aūt minoꝛis oꝛdinis
qui diſcucīēdis pc̄cis delinquētiū
pſunt. ecīā ad aq̄lonis viam ocu
los reflectūt: vt in mente peccāti
um q̄ ſint toꝛpoꝛis frigoꝛa videāt
et hec verbis coꝛreptionis vſꝫ ad
penitētie gemitus pducētes: quaſi
carnes in altari domini incēdant.
Reſpiciūt ecīā cū magnis ſacerdo
tib9 ad meridianā viam: qꝛ q̄ꝛtū
ad ſemetipſos eſt / ferueunt igne cari
tatꝭ. ꝛ ſuccenſi ſūt flāmis amoꝛis
dei: ſꝫ qꝛ peccata delinquentiū cre
bꝛo coꝛrigūt. ecīā ad aq̄lonis viā
oculos reducūt. De vtriſꝫ aūt ſa
cerdotū oꝛdinib9 ſubdik. Iſti ſūt fi
lij ſadoch: qui accedūt de filijs le
ui ad dñꝫ vt miniſtrēt ei. Sadoch
latine dr̄ iuſtus. Quis aūt iuſtus
eſt? Dñs ipē cui dicitur. Iuſt9 es
domine: ⁊ rectū iudiciū tuū. Qui
vero ſunt filij iuſti? niſi de quibus
ſcriptū eſt quotq̊t aūt crediderūt
in eū dedit eis poteſtatē filios dei
fieri? Leui aūt interp̄tatur aſſūp
tus. Quis veŏ a dño aſſūptus eſt
niſi popul9 fidelis? qui ꝑ ſacramē
ta fidei eſt a perfidis ſegregatus?
Oīs ergo qui pſeuerāter ſpūali
b9 actibus intēdūt. filij iuſti ſūt. Et
de filijs populi aſſūpti accedūt ad
dñm ut miniſtrēt ei: qꝛ de ipſis q̄ꝫ
fidelib9 eligunꝭ qui ad omnipotē
tis dñi miniſteriū veniant: ꝛ celeſ
tibꝫ ſtudijs pꝛo eruditione populi
intēdāt Sed nobis ſollerter eſt in
quirēdū. qui ſūt qui dño miniſtrāt
Neqꝫ eni oēs qui legūt. oēs qui
pdicāt. oēs qui ꝫp̄a tribuūt. oēs
qui per carnis abſtinenciā coꝛpus
caſtigant. dño miniſtrāt. Qui eni
legendo aut pdicādo glām ꝫp̄am
q̄ꝛūt. largiendo q̄ habēt ꝛ coꝛpus
in abſtinētia macerādo laudes ab
hoīb9 recipere appetūt: ſibi / non
dño miniſtrāt Quo ꝯ ꝑ pſalmiſtā
dñs dicit. Ambulans in via ima
culata: hic m̄ miniſtrabat. Habet
enim maculā in via: qui in bono
ope quod agit terrene gloꝛie ſibi
pmiū pꝛoponit: qui in hoc mūdo
recipe mercedē requirit: ⁊ fedat in
cōſpcū dei ſpēm boni operis macu
la pꝛaue intētionis Foꝛtaſſe etenī
quis diſcipline ſtudio inſtētus fer
uet. culpas delinquētiū reſecat: q̄
tñ ad hec agenda ſi nō ex oīpoten
tis dñi amoꝛe ſꝫ zelo ꝫp̄o ducitur
ſibi m hijs ⁊ nō dño miniſtrat. A
li9 ne aſper eſſe videatur multa
leniter tolerat. q̄ praue ꝑpetrātur
Is itaqꝫ quia videri pꝛo domino

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſtrictus non vult: per lenitatis
ſue ſtudiũ ſibi ⁊ nõ dño miniſtrat
Reſtat ergo ut ſiue in verbi miſte
rio fatigemur. ſeu indigentib9 nrã
largiamur. ſiue per abſtinentiam
carnem domemus. ſeu zelo moue
amur. ſiue per paciẽtiam aliquã
do lenit' praua toleremꝰ. vt nos
ſũope debeamus intẽtionem nrãz
diſcutere? qñtenꝰ oẽ qd facimꝰ nõ
nrõ ſꝫ dñi zelo faciamꝰ. ne in hijs
q̃ agimꝰ nob' pocius ꝙ̃ dño miſtre
mꝰ. Nõ enĩ dño ſꝫ ſibi miſtrauerãt
de qbꝫ paulꝰ dicebat Oẽs q̃ ſua ſt̃
q̃rũt ñ q̃ ſt̃ ihu criſti Iſtẽ võ paulꝰ
cũ celãs ſr̃bꝫ nõ ſibi miniſtrarẽ ſꝫ
dño ⁊ viuẽdo ⁊ moriẽdo feſtinabat
dicẽs Nemo noſtrꝫ ſibi viuit. ⁊ ne
mo ſibi moriẽ. Siue enĩ viuimus
dño viuimꝰ ſiue morimur dño mo
rimur Siue eĩ viuiꝰ ſiue morimur
dñi ſumꝰ Sibi etenĩ ſcĩ nec viuũt
nec moriunẽ Sibi nõ viuũt: qꝛ ꝑ
omne quod agunt ad lucra ſpiritu
alia anhelant. atqꝫ orando predi
cando ſanctis operibꝰ inſiſtendo ce
leſtis patrie ciues multiplicare de
ſiderant Sibi minime moriũtur:
quia in conſpcũ hominũ deum de
ſua morte glorificant: ad quẽ per
uenire citiam moriendo feſtinant.
Penſemꝰ itaqꝫ in morte ſanctorũ
q̃tũ eorꝫ obprobriũ ab infidelibꝰ
fuit. ſed q̃ta laus domini in corde
fidelĩu excreuit: qui ſi ſuam laudẽ
q̃rerẽt: profecto pati tot obprobria
in morte timuiſſent. Sed nemo e
orũ ſibi viuit ⁊ nemo ſibi moritur
quia ſuam glãm nec viuendo nec
moriendo queſierũt. Videamus ſi
ipſe primꝰ paſtor ecc̃ie qui ſibi non
vixit ſibi ſit mortuus. Johãnes e
ius ſocius requiratur: ⁊ de verbis
domini ex morte paſtoris eiuſdẽ di
cat Hoc aũt dixit: ſignificãs qua
morte clarificaturus eſſꝫ deũ. Diſ
cutiamꝰ igitur frẽs mei intentionem
noſtrã in omne quod agimꝰ ſollici
ta inquiſitione diſcutere: ⁊ noſtra
non querere: ſi omnipotẽti deo ſo
lumꝰ miniſtrare. Sed quia ex fi
deli populo filios ſadoch ad omni
potẽtis dei miniſteriũ diximꝰ aſſu
mi: nũqd in eodẽ populo ñ ſũt mlẽ
ti qui inueniantur in mandatĩs dei
viuere perfecti? Sũt õnino. Nã
ſubditur. Et menſus eſt atriũ lon
gitudine centũ cubitorũ: et latitu
dine centum cubitorꝫ per quadrũ.
Sepe iam diximꝰ per longitudi
nem longanimitatẽ ſpei: per lati
tudinem vero caritatis amplitudi
nem figurari. Centenariꝰ autem
numerus in quo denarius decies
ducitur. ꝙ ſũmam perfectionis ſig
net plene ſuperius dictũ eſt Quid
eſt itaqꝫ atrium ſpiritualis edificij
niſi amplitudo fideliũ populorꝫ?
Ipſa aũt longanimitas ſpei et la
titudo caritatis vacua in cordibus
fideliũ nõ eſt: nã ꝑ fidẽ q̃cq̃d valet
opaẽ. Vñ ꝑ paulũ dr̃. In xp̃o ihu
neqꝫ circũciſio aliq̃d valꝫ neqꝫ ꝑpu
ciũ. ſꝫ fides q̃ ꝑ dilcõnẽ opaẽ Si
ergo in vita fideliũ iuxẽ quẽdã modũ ꝑ
ſingulos ꝑfcã ẽ lõganimitas ſpei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perfecta latitudo caritatis. perfec
ta certitudo fidei. perfectū ſtudiū o
perationis: atriū templi per qua
drū centū cubitos habet. In men
ſura autē quadri non aliud latus
maius eſt atq; aliud minus: ſed
cuncta ſimul quatuor latera equali
ſpacio tendūtur: quia et ipās eaſ
dem virtutes quas diximꝰ fidem
ſcꝫ ſpem caritatē atq; operatioēm
q̄diu in hac vita vivimꝰ equales
ſibi eſſe apud noſmetipſos inveni
mus. Idcirco aūt maior ſpe et fide
caritas dicitur: quia poſtq̄ ad auc
toris nū ſpeciē pervenitur. ſpes qui
dem et fides trāſit. ſed caritas per
manet. Nam nūc et quātum credi
mus tantū amamꝰ: et quātum a
mamus. tantū de ſpe p̄ſumimus.
De fide quoq; et operatioē iohan
nes apoſtolus fatetur dicēs. Qui
ſe dicit noſſe deū et mandata eius
non cuſtodit: mendax eſt. Noticia
quippe dei ad fidē pertinet. manda
torꝫ cuſtodia ad operatioēm. Cū
ergo iuſto tempꝰ et locus operādi
ſuppetit: tāto quis operatur quan
to deum noverit: et tantū ſe noſſe
deū indicat. quātū pro deo bona
operatur. Metiantur ergo fidelis
populi virtutes in quadrū: quia
unuſquiſq; qui in active vite exer
cicio verſatur. tantum credit quan
tū ſperat amat et operatur: tantū
ſperat q̄tū credit operatur et amat
tātū amat q̄tum credit. ſperat et
operatur: tantū operatur quātum
credit amat et ſperat. Quia itaq;

in ſancte eccleſie popul' multi ſunt
et robuſti per fidem et lōganimes
per ſpem. et ampli per caritatē. et
efficaces per operatioēm: atrium
templi centum cubitis in quadro
menſuretur. Nam ut aliud quoq;
de eorꝫ virtutibꝰ loquamur: ſepe
ex eis quoſdā videmus prudētes
per intelligentiā. fortes in adver
ſitate. iuſtos in opatione. temperā
tes a voluptatibus. atq; in omni
zelo diſcretionis ſe menſura mode
rantes: qui dū prudētiam. fortitu
dinē iuſticiam atq; temperātiam.
vel ſicut eas enumerare quibuſdā
placet. prudentiā temperātiā forti
tudinē atq; iuſticiā tenent: menſu
ram ſpiritual' atrij in quadro ha
bet. Ecce etenī ipē virtutes quas
habere bonos ac fideles diximus
ita in quadro ſunt: ut una aliam
nō excedat. Magna eſt quippe pru
dentia: ſed ſi minꝰ eſt a voluptati
bus temperās. minus in periculis
fortis. minꝰ in operationibꝫ iuſta.
profecto minꝰ eſt prudens. Mag
na eſt temperātia: ſed ſi minus in
telligit unde ſe temperet. ſi adūſa
ſuſtinere per fortitudinem minꝰ va
let. atq; in timore animū deicit. ſi
per p̄cipitationē ſuam aliqn̄ ad in
iuſticie opera procūpit: minus eſt
temperās. Magna eſt fortitudo:
ſed ſi minꝰ intelligit que bona cuſ
todiat. quibus malis reſiſtat. ſi
minꝰ a voluptatis appetitu ſe tem
perat ſed vincitur delectatione. ſi
iuſticie opa minꝰ tenet. atq; aliqn̄

iniuſticie dominatione operatur:
min9 eſt fortis. Magna eſt iuſticia
a: ſed ſi minus ꝗ̄ debet inter iuſta
⁊ iniuſta opera diſcernit. ſi minus
cor a mundi delectatione temperat
ſi minus ſe contra aduerſa confor
tat: minus eſt iuſta. Menſuretur
ergo perfectorum fideliū vita per
quadrum: ⁊ tantum habeat ſpiri
tualis atrij latus vnum quātum
latera ſingula: quia vnuſquiſ tā
tum prudens eſt ꝗ̄tum temperās
fortis et iuſtus: tantū temperans
quātum iuſtus prudens ⁊ fortis:
tantū fortis qn̄tum prudens tem
perans ⁊ iuſtus: tantū iuſtus qn̄
tū prudens temperans ⁊ fortis fu
erit. Sunt tamen inter eos pluri
mi qui adhuc carnaliter viuunt:
qui ⁊ ſi fortaſſe lr̄as ignorant ⁊
precepta dei legere non valent:
certe in multoꝝ fideliū conuerſaci
one bona que imitētur vident. Ec
ce in eccleſia voces ſancti euāgelij
atqꝫ apoſtoloꝝ ſonant: ecce exem
pla bene viuentiū cotidie hominū
oculis opponūtur: nec in excuſati
one dicere poterunt. non vidimus
quod imitari deberemus. Unde ⁊
ſubditur. Et altare ante faciem tē
pli. Quid eſt templū niſi fidelis
populus: Sicut per paulū apoſto
lum diſcipulis dicitur: templum
dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Et
quid eſt altare dei niſi mens bene
viuentiū: qui peccatoꝝ ſuoꝝ me
moꝛes lacrimis ſe lauant. carnem
per abſtinenciam macerant. nullis

ſe huiꝰ mundi actionibus miſcent
que habent indigentibus tribuūt
⁊ habere que non habent non con
cupiſcunt: Recte igitur horū cor
altare dei dicitur: vbi ex merore
compunctionis ignis ardet. et ca
ro conſumitur. Et nūquid non ta
les fratres cariſſimi cotidie in ſanc
to fideli populo quaſi in templi a
trio videmus: Nūquid non eorū
vitam nobis ad exemplū propoſi
tam indeſinenter aſpiciamus: Al
tare ergo ante faciem templi eſt:
cum multi in ſancte eccl̄ie conſpectu
ſūt poſiti. qui eterni iudicij memo
res ſemetipſos cotidie domino ſacri
ficium in lamento compunctionis
mactant: qui vt predictum eſt cor
pora caſtigant: quatenꝰ hoc quod
per magiſtꝝ gentiū dicitur imple
ant. vt exhibeatis corpora veſtra
hoſtiam viuentē ſanctam deo pla
centem. Hoſtia quippe occiditur.
vt offeratur. Sed hoſtia viuens
eſt corpus pro domino afflictum.
Quod ⁊ hoſtia dicitur ⁊ viuens: qꝛ
viuit in virtutibus ⁊ eſt a vicijs
occiſum: hoſtia videlicet quia iam
huic mūdo eſt a prauis actibꝰ moꝛ
tuū: viuens autem quia cuncta q̄
preualet bona operatur. Sed qꝛ
ſub altaris nomine de ꝯpūctionis
flāma ſermo ſe intulit: neceſſariū
puto q̄ ſit diuerſitas eiuſdē ꝯpūcti
onis oſtendere. Alia quippe ꝯpūc
tio eſt q̄ per timorem naſcitur. ali
a q̄ per amorē: qꝛ aliud eſt ſuppli
cia fugere: aliud p̄mia deſiderare

Unde ⁊ in tabernaculo per legem
duo altaria fieri iubentur: vnū vi
delicet exterius: aliud vero interi
us. Vnū in atrio. aliud ante ar
cham: vnū quod ere coptū eſt.
aliud quod auro veſtitur: atq; in
altari ereo cremantur carnes: in
altari vō aureo incēdūtur aroma
ta. Quid eſt hoc fratres cariſſimi
q̄ foris cremantur carnes intus
aromata: niſi hoc quod cotidie vi
demus. quia duo ſunt compūctio
nis genera: atq; alij adhuc per ti
morem plangunt. alij vero ſe per
amorem in lamentꝭ afficiūt. Mul
ti namq; peccatoꝝ ſuoꝝ memores
dū ſupplicia eterna pertimeſcunt.
cotidianis ſe lacrimis affligunt:
plangunt mala que fecerūt: et in
cendūt vicia igne compūctionis.
quorū adhuc ſuggeſtiones in cor
de pacīūtur. Quid iſti niſi altare
ſunt ereū. in quo carnes ardent:
quia adhuc ab eis carnalia opera
plangūtur. Alij vero a carnalibꝰ
vicijs liberi. aut longis iam fleti
bus ſecuri. amoris flāma in cōpūc
tionis lacrimis inardeſcūt: celeſtis
patrie p̄mia. cordis oculꝭ ꝓponūt
ſupernis iam ciuibꝰ intereſſe concu
piſcunt: dura eis apparet ſeruitus
longitudo peregrinationis ſue: re
gem in decore ſuo videre deſiderāt
⁊ flere cotidie ex eius amore non
ceſſant. Quid iſti niſi altare ſunt
aureū: in quoꝝ corde aromata in
cenſa ſunt quia virtutibus ardēt:
Bene aūt de eodem altari dicitur

quod ante velū arche ſit poſitū in
ſancta ſanctoꝝ. Archa quippe teſ
tamenti ipſe nobis factus eſt: de
quo ſcriptū nouimus. In quo ſūt
omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcien
tie abſconditi. Archa intra velum
eſt redemptor noſter in celo: alta
re vero aureū in quo thimiama in
cenditur ante velū: quia ſanctorū
corda que cū magnis virtutibus
in dei amore ſuccenſa ſūt. per ſanc
tum deſideriū in illo ardent. quē
adhuc reuelata facie videre non
poſſunt. Inter archam quippe ⁊
altare velū eſt: quia hoc q̄d nos
adhuc a viſione dei ſeparat corrup
tionis noſtre obſtaculū remotū nō
eſt. Sed quouſq; ante velū ſumus
oportet vt quaſi thimiamatis in
cenſa flāma amoris ardeamus.
Per compūctionis aūt lacrimas
nil terrenū nil tranſitoriū querere
debemꝰ. Solus ipſe nobis ſuffici
at: qui fecit omnia. Tranſcenda
mꝰ per deſideriū omnia. vt men
te colligamur in vnū: non iam ti
more penarū. non memoria vicio
rū. ſed amoris flāma ſuccenſi arde
amꝰ in lacrimis cū odore virtutū
Iſta electorū oratio ꝓſpiciebatur.
cū in ſponſe laude diceretur. Que
eſt iſta que aſcendit per deſertū ſi
cut virgula fumi: ex aromatibus
mirre ⁊ thuris. ⁊ vniuerſi pulue
ris pigmentarij: Sancta quippe
electoꝝ eccleſia cū ab hoc mundo
in ſanctis precibus ardenti amore
ſe erigit: per deſertū quod deſerit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ceare aſcendit Qualiter vero aſcē dat adiūgit. Dicit virgula fumi ex aromatibꝰ. Fumus de incenſo naſcitur. Et per pſalmiſtam dicitꝰ Dirigatur oratio mea ſicut incen ſum in conſpcū tuo. Fumꝰ excitere lacrimas ſolet. Itaqꝫ fumꝰ eſt ex aromatibus: compūctio orationis ꝯcepta ex virtutibꝰ amoris. Que tamen oratio fumi virgula dicitꝰ: quia dum ſola celeſtia poſtulat. ſic recta progreditur: vt ad terrena atqꝫ tēporalia petenda minime re flectatur. Et notandū ꝙ non vir ga ſed virgula nūcupatur: quia interdū in ꝯpūctionis ardore tāte ſubtilitatꝭ eſt vis amoris: vt hāc nec ipſe animꝰ poſſit ꝯphendere. q̄ illuminatus meruit habere Bene āt dicitur: mirre ⁊ thuris Thus enim ex lege domino in ſacrificio incenditur: per mirrā vero corpa mortua condiūtur. ne a vermibꝰ corrūpantur. Mirre ergo ⁊ thurꝭ ſacrificium offerūt: qui ⁊ carnem afficiūt. ne eis corruptionis vicia dominentur. ⁊ redolentem in con ſpcū domini amoris ſui hoſtiam in cendūt ſeqꝫ ipſos deo in ſanctis vir tutibus exhibent Vnde ⁊ illic ſub ditur. Et vniuerſi pulueris pig mentarij. Puluis eſt pigmenta rij: virtus bene operantis. Et no tandū ꝙ virtutes bene operantiū non pigmenta ſed pulueres dicū tur. Cū enim q̄libet bona agimꝰ pigmenta offerimꝰ: cū vero ipā e ciam bona que egimꝰ retractamꝰ

⁊ ne quid in hijs ſiniſtrū ſit iudiciū o retractationis attendimꝰ quaſi ex pigmentis puluerē facimus vt orationē nrām domino per diſcre tionem ⁊ amorem ſubtilius incen damꝰ. Ecce hec vt deo largiente potuimus. coram vobis fratres cariſſimi rimati ſumus.

Nemo aūt me rephēndat ſi poſt hec a locutione ceſſauero qa ſicut omnes cernitis noſtre tri bulationēs excreuerūt Vndiqꝫ gla dijs circūfuſi ſumꝰ: vndiqꝫ immi nens mortꝭ periculū timemus. A lij detrūcatꝭ ad nos manibꝰ rede unt. alij capti. alij interempti nun ciantur. Iam cogor linguam ab expoſitione retinere: quia tedet a nimā meam vite mee. Iam nullꝰ in me ſacri eloquij ſtudiū requirat quia verſa eſt in luctū cithara mea et organū meū in voce flentiū Iā cordis oculꝰ in miſteriorū diſcuſſi one non vigilat. quia dormitauit aīa mea p̄ tedio. Iā minꝰ lectio a nimo dulcis eſt. quia oblitus ſum māducare panē meū a voce gemi tus mei. Cui aūt viuere non licet de ſcripturē ſacre ſenſibꝫ loq̄ miſtica qualiter libet? Et qui cogor coti die amara bibere: q̄n poſſū dulcia ꝓpinare? Quid igitur reſtat: niſi vt inter flagella que pro nr̄is ini quitatibus patimur. cum lacrimis gracias agamꝰ? Et ipſe eternꝰ qui nos creauit eciam patꝰ nobis fac tus eſt per adoptionis ſpm̄ quem dedit: ⁊ aliq̄n filios pane nutrit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliquando flagello corrigit: quia
per dolores ⁊ mundā ad heredita
tem perpetuam erudit. Sit itaq:
gloia omnipotenti domino noſtro
ihesu criſto: qui viuit et regnat cū
patre in vnitate ſpiritus ſanci de
us: p infinita ſecula ſclōꝝ Amen

Expliciūt omelie gregorij pa
pe in ezechielem prophetam. :

DEO GRACIAS AMEN

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

133

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf